HENRICHI LORITI Glareani patricij Claronensis liber de asse, & partibus eius.

Cum rerum ac vocum Indice locupletissimo.



Glareani

Cum Cæsareæ Maiest. gratia & priuilegio in annos quinque.

BASILEAE,
APVD MICH. ISINGRINIVM,
M. D. LI.

D. MICHAELI ISINGRINIO TYPOGRAPHO erudito, Glareanus S. D.

Quòd liber hic noster de Asse, tam impense placuerit Generoso Baroni D. IOANNI GEORGIO Paungartner, magni iudicij viro, non sum tam ingratus, optime Isingrini, vt dissimulare aut velim, aut debeam, non paruam huius gloriæ partem ad te pertinere: quippe qui summa adhibita cura nostras formulas tuis typis tam accuratè, tam eleganter expresseris, vt nullus pictor penicillo melius: vt meritò quis tibi succinat senarium illum græcum versiculum: Μωμήσεται τὶς θᾶσσον, ἢ μιμήσεται. Quod per ego nostram amicitiam te oro ac obsecro, secunda hac editione eandem curam adhibere digneris. Sit felix faustumq; quod parturis. Vale, ac nos ama.

Friburgi Brisgoæ anno M. D. LI.

GENEROSO AC AM

PLISSIMO DOMINO, D. IOANNI GEOR

GIO PAVNGARTNER A PAVNGARTEN, BARONI in Hohenſchwangen & Erbbach, Domino in Kürnberg & Kentzigen, inuictiſſimis Cæſſ. CAROLO V. & FERDINANDO &c. à conſilys, Glareanus S. P. D.



Vm in mentem uenit, generoſe ac magnifice Domine IOAN. GEORGI, quàm ſeuerè, quámq; propémodum minaciter Deus opt. max. q; de ſtatera, pondere, ac menſuris humano generi præceperit, mirari ſanè neceſſe eſt, unde mortalibus hæc animi cæcitas, hæc pertinacia, hic neglectus, ut milleſimus quiſq; nec curam ullam eius rei habeat, nec quid doli ac fraudis ea ex re mortalium generi ſubinde naſcatur, conſideratum uelit, cùm tamẽ Hebræus ille legislator Moſes, à Deo ipſo edoctus, Leuitici xix. cap. de quibuſq; minimis etiã cauerit. Quippe poſt multa probè præcepta, poſt ſtaterã iuſtam, ac æqua põdera, etiã modij ac ſextarij, ſiue, ut Hebræa habent, Ephi ac Hin, mentionẽ facit, nimirum illo aridis, hoc liquidis cautũ uolens. Tranſeo alia ſacræ ſcripturæ loca, ut Deuteronomij xxv. caput, Micheæ vj. In Prouerbiorum illo libello Solomon rex Iſraël paruulum docens, quatuor ut minimũ locis admonet, abominabilẽ rem facere eos qui uarient pondera, uarient menſuras, ſtateram, ſacculi lapides, cùm tamen (prò pudor) hodie multi mortales, qui Chriſtiani & eſſe & dici uelint, eo quæſtu deceptorio uiuant. Sed querelæ nũc ſatis eſt. Ego quidem cùm uiderem multos eximios uiros hodie id argumenti tractaſſe magnis uoluminibus, ſumma etiam adhibita tum ſermonis, tum rei cura, ex ſexcentis autẽ lectoribus uix tres inuentos, qui rem ipſam aut certò intellectam ab ſe dicerent, aut lucidè alicui, cùm ἀποδείξει opus eſt, cõmonſtrare poſſent, cõtinere me non potui, quin, ut in alijs multis hactenus elaboraui, etiam huic rei pro uirili opem, quãtulamcunq; poſſem, ferrem. Vt quid enim æquè facilè eſt, quàm dicere (quod Cõmentatorũ uulgus identidem in autorum enarratione inculcare ſolet) quadrantal capit octo cõgios, congius ſenos ſextarios: ſextarius dupondius eſt, duodenos cõtinens cyathos: cyathus binas pondere habet uncias. Atqui id re oſtendere, ac oculis ſubijcere, hoc opus, hic labor eſt. Ridere ſoleo ante Budæi tempora magnos uiros, ut de his ex profeſſo docerẽt accinctos, adeò ridiculos ſe doctis hominibus exhibuiſſe, ui ſit res commiſeratione digniſsima, quippe de rebus præcipientes, de quibus ne iota quidẽ intelligerẽt. Con-

donandũ quidem erratũ, ſi uno ſaltẽ uerbo ignorantiã fateri uoluiſſent: ſed adeò inuerecũdè ac arroganter, uelut arrepta Ariſtarchi uirgula, de ea re præcepta ſcribere, in qua ſis plus ἢ ὄνος πρὸς λύραν, quis feret? Sic Chriſtophorus Landinus, uir alioqui optimus, in cõmentario ſuper v. Aeneid. librũ: ſic Perottus in ſuo Cornu: ſic Philippus Beroaldus in Suetoniũ: Angelus Politianus in X. epiſt. libro: Georgius Valla in mole illa uoluminũ de rebus fugiendis & expetẽdis, lib. de Geometria primo ſub finẽ, ubi tanta turba eſt nominũ, & menſurarũ, & ponderũ, & ſignorũ, quorum decimũ quodq; ab ipſo nõ intellectũ puto uerbũ, imò ubi omnia corrupta, ac pugnantia pleraq;. Idẽ accidit in adiectitijs illis ſcholijs ſuper multa Medicorũ opera, hodie recens è græcis in latinũ ſermonẽ uerſa à magnis & eximijs uiris, ſed adeò inter ſe contraria, ut nemo ſe inde expediat. Idem in græcis ſcholijs ſuper Nicandri Alexipharmaca accidit, ubi tantæ ſunt mendæ, ut ſingularis impudẽtiæ uideri queat, quempiam ea uulgaſſe auſum. Omnia ea & græca & latina cõtuli ſumma diligentia, & ingenti labore, ſed ex eis nihil mihi certi conſtare potuit: imò niſi multa adhibita cura, ipſe mihi pondera multiplicia cõparaſſem, ac res rebus omni niſu reſpondere coegiſſem, planè mihi opera & impenſa perijſſet. Nemo tamen, ut uerũ fatear, hac in re cõferendus eſt Budæo, grauiſsimi ſtyli, ac magni iudicij uiro, qui, quæ ſemel in manum ſumpſit, ſolidè docet, tum, quæ neſcit, ingenuè ſe neſcire fatetur, ſecus hercle quàm quidã alij omni ætate facere ſolent. Eum nos ſecuti álonge, perpetuò nihilominus in ipſum cõiectis oculis, ſchemata duntaxat adijciẽtes, quibus ipſius liber caret. Ni enim typi adſint, res ita impedita eſt diuiſionũ ſylua, uocabulorũ turba, denique ingenti opinionũ multiplicitate, ut Lector nõ facilè, niſi multo ad hoc deſumpto tum tempore, tum labore, ſeſe expediat: unde & multi abſterriti, ac longam illam cõmentationem exoſi, nec nõ moleſtis illis digreſsionibus, quibus animo ſuo indulſit, offenſi, ipſum opus reliquerunt. Nec caruit Budæus eo nomine reprehenſoribus, inter quos & D. Eraſmus Rot. fuit præceptor noſter, quemadmodũ ex Epiſtolarũ farragine (ita enim uolumẽ illud inſcripſit) luculenter patet. Sanè quantũ ad me attinet, uellem equidem ei operi abeſſe obſcuriores illas, quas de aula, ac neſcio quibus Regulis ſcripſit, digreſsiones: uerũ quas de entelechia, item de rebus ad exteros etiam ſpectantibus poſuit, ferendas cenſeo: nec enim impediunt Lectorẽ, & quoſdam etiam recreant. Cùm ſub annum natalis domini M. D. XX. Lutetiæ iuuenis habitarẽ,

ſubinde

ſubinde inuiſebam uirũ domi ſuæ, ac nõnunq̃ ſcrupulos eius cõmentarijs inijciebam: quod tantum abeſt ut ægrè ferret, ut etiam gratias ageret, ac honeſtè & exciperet, & dimitteret, tum me, tum cõmilitones meos nobiles adoleſcentes Heluetios, qui tum in ſtipendio Regis ibi erãt. Tanta fuit in eo uiro humanitas, ac magnificentia, non temerè in animo meo unquam obliteranda. Ea ſanè cauſa fuit, ut lubentius ipſe opus legerem, ac laboris tædium ferrem, inuitatus tam pijs eius uiri moribus. Ex eo enim urbis Pariſinæ pedem habui, ac pondera: ille anſam dedit mihi cogitãdi alia ad hanc rem pertinentia, ut hercle auderem & harum regionũ uſum, ac cõſuetudinẽ tentare. Aggreſſus igitur ſum hocce paruũ quidẽ mole, ſed laborioſum omnino, ſi rem ſpectes, opus, ut uelut cõpendio ducerẽ Lectorẽ ad ingẽs illud mare, unde diebus uitæ ſuæ haberet, quo honeſtè mentẽ oblectaret, quod piè ſecũ cogitaret, denicp̃ eruditè innumera autorũ loca examinaret. Nihil enim eſt quod æquè ad magnorũ ſcriptorũ obſcuriſſimos locos explicandos deſeruiat, atq̃ huiuſmodi tractatio: quod planè uidere licet in Liuio, Tacito, Suetonio, Plinio: adde, ſi libet, his ſacras literas, Iuriſperitorũ ſcripta ac nodos, omniũ poſtremò artiũ lucubrationes, his difficultatib. laborantes. Dij boni q̃ hodie cæcutimus in illis, ubi tamen nihil nos fugere arbitramur, fucos obijcientes tum auditori, tum Lectori. Quod ut clarũ faciamus, duo perbreuia exempla Lectori ob oculos proponere placuit, ut facilius ex ijs de reliquis coniecturã facere queat, quantũ fraudis fieri rebus poſſit, quãtumq̃ damni inde oriri. Cyathũ noſtra ætate, aut paucos etiã antè annos, multi credidere (& ipſe à præceptorib. meis ita edoctus olim, in ea quoq̃ opinione fui) poculũ uulgatum eſſe, quale hodie plerunq̃ in menſa ſingulis cõuiuis præponi ſolet in his ſaltẽ regionib. At ea pocula frequenter liquorẽ cõtinent octo unciarũ, cùm cyathus duarũ duntaxat unciarũ ſit capax, autore Heſychio. Qui igitur mulſum inſtituerit, quod ueteres docebant, quinis cõgijs ueteris uini, uno mellis, & ſalis cyatho, ac cyathum intelligat, ut dixi, octo unciarũ, qui ſit duarũ duntaxat, næ ille bene ſalſum mulſum cõdiderit. Mille talia in medica arte exẽpla dari poterũt, in quibus periculoſe erratur apud imperitos quoſdam medicos, q̃d olim Lutetiæ ex doctiſſimo illo uiro Vuilhelmo Copo Baſiliẽſi aũdiſſe memini. Dicã alterũ exemplũ. Nemo ante annos admodũ paucos fuit, qui non crediderit, q̃d Græcis Medimnum, id Romanis modiũ: idq̃ oſtẽdi facillimũ apud eos, qui græca multa nobis latina fecere, cùm medimnus ſex habeat modios

Romanos, quemadmodũ ex Ciceronis frumentaria in Verrẽ oratione egregiè Budæus oſtendit. Cùm igitur Hannibal tres modios annulorum ad Cannas Apuliæ uicum de cæſis Romanis legiſſe dicatur, quis crederet hoc ueriſimile? etiamſi unũ fama prodiderit, ut inquit Liuius, præſertim cùm pauci Romæ annuli ferendi ius haberent, & qui haberent, inopia parare nõ poſſent, maximè anguſtis tum Romanorũ rebus, urente rempub. Hannibale, necdũ auro, ut poſteriore ſeculo, quando Africa domita, Græciam ac Aſiam ſpoliaſſent, locupletes. Similia exempla ſexcenta dari non eſſet difficile, ſed nolo diutius Lectori eſſe moleſtus.

Porrò poſt Budæum fuit & D. Eraſmus ſedulus eius negocij exhortator, antequàm ipſum noſcerem Budæum: quippe qui primus quinq; de Aſſe Budæi libros illos, prælecta eius prima, non abſque ſummis tum uiri, tum operis laudibus, præfatione, mihi oſtendit. Friburgi autem Briſgoæ uenerandus ille uir, Iuriſpruden tiæ conſultiſsimus, Cæſari Ferdinando optimo principi à conſilio, D. Georgius Schmotzer, uiſis aliquot inſtrumentis, quæ aurifabro ex ære fabricanda dederam, nõ deſijt eadem hortari, admonere, ac propémodum urgere, ut eſt ad publica ſtudia promouenda ardentiſsimus. Poſtremò cùm benignitas tua hanc urbem nuper inuiſeret, ac inuitatũ me de hac re inter prandendum, haud ſcio quo genio, diſſerentem audiſſet, ut in conuiuijs honeſtis fieri ſolet, ubi nõ de cupedijs ac menſæ delicijs, ſed de rebus utilibus ac honeſtati iunctis diſſeritur: ibi hercle ingeniũ tuum iudicio illo ſano egregiè noſcere cœpi. Neq; enim aurum uel certius uel facilius Lydio lapide, quàm hominis ingeniũ probo iudicio noſcitur. Quippe ad probè iudicandum nõ ſatis eſt, ingenio frui felici, qualia plurima ubiq; naſcuntur, ſed etiam erudito, & rerum experientia edocto prædituũ eſſe: quod hercle paucis datur. Nam multos hodie uideas optimo quidem ingenio, ſed iudicio deprauato, ac plus quàm temerario. Id uerò unde eſſe cõijcere poſſumus, quàm quòd eruditio abeſt? quæ quidem non minus quàm uiuax ingeniũ requiritur. Macte igitur uirtute meritò dicaris, Magnifice D. Ioan. Georgi, quòd iſti ſtemmati antiquiſsimo, familiæq; honeſtiſsimæ, eruditionẽ cum ingenio cõiungere nõ neglexiſti. Sed deſino nunc etiã tibi moleſtus eſſe præfatione nimis longa, quanquam ad rem (niſi fallor) apprimè pertinente. Benignitas tua nos amet, precamur: quam Deus opt. max. diutiſsimè nobis incolumem conſeruare dignetur. Friburgi Briſgoæ, anno à IESV Chriſti natali M. D. L. Nonis Ianuarijs.

HENRICHI LORITI Glareani patricij Claronensis, de asse & partibus eius, liber.

DE ASSE ET PARTIBVS EIVS. CAPVT PRIMVM.

A  S, PONDO, & libra, idem, inquit Budæus libro primo. Omne autem corpus, & res alioqui innumeræ, in assem eiusq; partes diuidi possunt. Est enim As duodenarius numerus, multis rebus, propter diuidendi commoditatem applicitus. Potissimum uerò apud magnos autores, hisce, quas subijciemus, rebus adhibetur. Est as in libra, eiúsque partibus: est in pede artificiali, ut uocant: est in cœlo, maximè in zodiaco: porrò ex hoc in anni mensibus: est in iugero: est in hæreditate, in usura, in pecunia, rarius etiam in frumento & uino. Partes assis sunt, uncia, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, & deunx. Vncia itaque duodecima pars est assis. Eius signum erat apud Græcos, ut in uetustis adhuc legi-
B mus codicibus, Γ cum o paruo incluso, ad hunc modum Γo. At nostra ætate signum eius inuenimus ſ longiusculum in plano iacens, à sinistro in dextrum tractim extentum, cum singulis supernè ac infernè punctis, ad hunc modum ~. Sextans, sexta pars assis, unciæ uerò duæ. Eius signum erat S cum uirgula supernè siniſtrorsum ducta, & fine nodata, ad hanc formam Ꙅ. Quadrans, quarta pars assis, unciæ uerò tres: à quibus sanè & teruncius à Cicerone dictus est, à Plinio uerò libro trigesimotertio, capite tertio, triuncis. Eius signum erat quale sextantis, sed ad uentrem adiecta lineola, sursum ac dextrorsum protracta, cum nodulo extimo, hoc modo Ꙅ. Triens tertia pars assis, unciæ quatuor. Eius signum est quadrantis, sed altera litera S pro nodulo uirgulæ adiecta, hoc modo Ꙅ. Et hactenus appellatio est à toto asse, non à partibus. Si enim à partibus esset denominatio, triens nomen quadrantis, & contrà quadrans trientis haberet denominationem, ut planè nunc uulgò habent.
C Quincunx, quinque unciæ, per x in fine, & non per s. Eius signum est trientis cum nodosa uirgula à uentre sequentis S, hoc modo Ꙅ.

Semis uel semissis (utroque enim modo dicitur) dimidium assis, unciæ sex. Signum eius nudum S. Septunx, septem unciæ, per x, non per s in fine. Eius signum S, ut semissis, sed cum uirgula nodosa ab imo uentre dextrorsum ascendente, hoc modo Ꙅ. Bes uel bessis, octo un-

D ciæ, dictus quasi bis triens. Olim (ut inquit Varro libro quarto de Lingua latina) Des, quasi dempto triente. Græcè ἀμοιρία. Signum eius septuncis, annexa litera S, ad hunc modum SS. Dodrans, unciæ nouem: dictus quasi dempto quadrante. Eius signum bessis est, cum uirgula nodata à dextris annexa, hoc modo SS'. Dextans, unciæ decem, dictus quasi dempto sextante. Eius signum tria simul connexa SSS. Deunx, undecim unciæ, dictus quòd desit illi uncia. Eius signum ut dextantis, cum uirgula consueta ad uentrem ultimæ literæ S, ad hunc modum SSS'.

Assis autem signum erat ueru erectum, supernè nodatum, acuminatum infernè, transiecta S litera, ut gladij propémodum exhiberet formã, sic, ℔. Sanè quàm uetusta sint hæc signa, haud equidem scire possum. D. Erasmus Roterodamus Præceptor noster, in perantiqua olim charta pergamena Basileæ nobis tradidit, unde hæc diligenter excripsimus.






Sescunx per x quoque in fine, & s ante c, unciam & unciæ dimidium
E significat: quo significatu est & sescuncia. Eius signum est S cum uirgula pro basi posita, dextrorsum protracta, ac fine nodata, item altera uirgula è uentre, ut sæpius suprà indicauimus, cum extimo nodulo ducta, hoc modo Sc. Ad quam rationẽ sesquiplum est, quod & sesquuplum dicitur, pro ratione hemiolia, quæ latinè etiam sesquialtera apud Arithmeticos nominatur, ut cùm tria ad duo, sex ad quatuor, in genere superparticulari comparamus. At sexcuplum per x ante c (quanquam quidam sextuplum per xt scribũt) longè alia significatione dicitur, nempe sex ad unum, duodecim ad duo, in genere multiplici. Hæc ex Budæo. Assipondium, id est, unius assis pondus: dupondius, duorum assium: tressis, trium assium: quadrussis, quatuor assium: octussis apud Horatium, nonussis, decussis, uicessis, tricessis, octonûm, nouenûm, denûm, uicenûm ac tricenûm assiũ. Centussis pro centenis assibus, uel denis decussibus, quo maius ęris apud antiquos uocabulum nullum fuit.

F DE SESQVI. CAP. II.

SEsqui in appositione idem est quod tantundem & semis, græcè ἡμιόλιον. Cicero de perfecto Oratore: Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria. Vt necesse sit partẽ pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto maiorem, aut sesqui: ita fit æqualis, dactylus: duplus, iambus: sesqui, pæan. Hæc Cicero. In compositione sesqui itidem dimidio maius significat: ut, sesquipes, id est, pes & dimidium pedis. Ita sesquicubitus, id est, cubitus & dimidiatus: sesquidigitus, sesquiũgerum, ad eandem formam: & sesquipedalia tigna apud Cæsarem, quod tamen ad crassitudinem refertur, id est, unius pedis & dimidiati. Sesquipedialia uerba μακροκατάληκτα apud Horatium. Neque uerò solùm cum uocabulis numerorum ac mensurarum, sed etiam temporis & modi & plurimis alijs, sesqui componitur. Temporis, ut, sesquihora, sesquidies,

A ſeſquidies, ſeſquimenſis, ſeſquiannus. Modi, ut ſeſquiopera apud Columellam, ſeſquiopus apud Plautum, ſeſquiplaga apud Tacitum, cùm uno ictu non omnino amputaſſet caput miles, altero dimidiato, hoc eſt, non ita forti, ſecuit. Et ſeſquiopus, ſi in opus conductus, ut octonos lapides in diem effodias, opus facis: at ſi duodecim, iam ſeſquiopus feceris. Græci (inquit Budæus) ſeſqui non habent, quomodo uno uocabulo ſignificent: ideoq; tria ἡμιμναῖα, id eſt, tres ſemiminas, Demoſthenes pro ſeſquimina dixit. Et Xenophon tria ἡμιδραχμὰ, pro ſeſquiſtipendio: pendebatur enim militibus Daricus, qui erat nummus tetradrachmalis, id eſt, quatuor drachmas pendens, ſiue ſemunciam.

PARTIVM ASSIS TYPVS.

Duodenarius.	Romana nomina.	Veteres notæ.	Minutiæ uulgares.	Vulgatior nominum expoſitio.	Baſilienſis moneta.
XII	As			Duodecim unciæ	Ein Baſel Blappart.
XI	Deun		11/12	Vndecim unciæ	XI Helbling.
X	Dextans		5/6	Quinque ſextantes	Ein Halber batz.
IX	Dodrans		3/4	Tres quadrantes	IX Helbling.
VIII	Bes		2/3	Duo trientes	Ein Doppelfierer.
VII	Septunx		7/12	Septem unciæ	VII Helbling.
VI	Semis		1/2	Dimidiatus as	III Rappen.
V	Quincunx		5/12	Quinq; unciæ	Ein Crützer.
IIII	Triens		1/3	Quatuor unciæ	Ein Fierer.
III	Quadrans		1/4	Tres unciæ	III Helbling.
II	Sextans		1/6	Duæ unciæ	Ein Rapp.
I	Vncia		1/12	Duodecima aſſis pars	Ein Helbling.
S	Seſcuncia			Vncia & eius dimidium.	

D DE LIBRA. CAP. III.

HÆc hactenus ita nobis descripta, generalia sunt ad omnẽ, quæ sub assis rationẽ uenire possunt, materiã. Quando autẽ ad uasorum inania, ad certã mensurã expedienda, duo potissimũ requiruntˇ, ipsum inquã põdus, deinde ipse pes, cum ipsius partibus, uelut radix quædam indagandi negocij huius, primũ de libra ac eius partibus, deinde & de pede Romano dicendũ nobis: quibus absolutis, omniũ uasorũ, quæ maximè apud classicos scriptores sunt in usu, inania siue capacitatẽ expediemus. Libra igitur est triplex: prima publica senûm denûm unciarũ, quæ græcè zygostatica dicitur. Franci regiã uocant, qua negociatores, pigmentarij, aromatarijq;, & omnino omnes qui appensas merces uenditãt, utunt. Altera Romana duodenũ unciarũ, qua olim Romani usi, & autores omnes de ea passim loquuntur: incidit enim in rationẽ assis, ob duodecim in ea uncias: unde aptissima est eius per uncias diuisio, de qua
E postea loquemur. Tertia est Marca uulgò nominata, octonûm unciarũ, dimidiũ publicæ libræ: ea monetarij, aurifices & uascularij utuntur. Appellatur & octonaria, & nũmularia, siue selibra publica. Porrò est & græca Mina centenûm drachmarũ, cui Romani in ratione nũmaria suam æquarũt libram, addita semuncia quaternûm drachmarũ, propterea quòd denarius Romanus & drachma Græca idem habent pondus, dicente Plinio lib. xxi. cap. ult. Drachma Attica (ferè enim Attica obseruatione medici utuntur) denarij argentei habet põdus. Atq; id ita esse, ex collatione sermonis Græcorum ac Latinorũ autorũ eandem rem describentiũ, facilè colligi potest: ut si quis Liuiũ cum Appiano aut Plutarcho cõparet. Præterea priscorũ numismatũ examinatione, quod uolumus, idem Budæus inuenit, in nostræ quoq; ætatis libra drachmã, siue octauã unciæ partẽ, eandem esse cum Attica drachma, ac cum denario Romano. Itaq; Romana libra cùm duodenas habeat uncias, uncia uerò octonas drachmas, octo drachmę duodecies
F ductæ faciũt drachmas xcvi. quæ exactæ Romanæ libræ ratio est. Verùm ut cum græca mina, in pecuniaria saltẽ ratione, cõueniret, Romani semunciam, ut dictũ est, ei adiecere, hoc est, quatuor drachmas (habet enim uncia octo drachmas) atq; hoc pacto etiam Romana libra, sed duntaxat quantũ ad rationẽ nummariã attinebat, facta est centenaria. Vnum hoc lectorem admonitũ uelim, ne magnopere moueatur, cùm librarũ minarumq; apud autores tot ac differentes audit species: nihil hoc impedit ueram huius cõmentationis theoriam: quod enim hîc tractamus negocium, non tam in libræ partitione, quàm in unciæ firmitate, ac inuicto robore consistit. quæ quidẽ uncia, quanquã & ipsa in hisce nostris regionibus uitiata est aliqua differentia, non tamen tanta, ut non sit uestigium ad inquirendam ueritatem. Hesychius non malus autor, quanquã temporũ iniquitate multis in locis mutilus, cyathum binis uncijs nobis scripto prodidit. Duodeni autẽ cyathi sextarium implent. Sextarius igitur dupondius, id est, duarũ librarum Romanarũ. Hic murus aheneus esto. Hac hercle basi posita, hac iacta

sub-

A ſubſtructione, firmiter ędificabimus quicquid ſuperſtruxerimus: quemad modum & ante nos Vuilhelmus Budæus optimus ille iuxtà atq; doctiſsi mus uir fecit per Pariſina pondera, quę regia ſunt, & ueritati proxima, uul gò Troiana pro Romana uocata, quę cum radice pedis ad amuſsim omniũ uaſorũ inania magno naturæ miraculo expediunt. Vt haud immeritò mi rer, cur nuper poſt eruditiſsimã illam Budæi cõmentationẽ, quidam non obſcurus homo, etiã ipſa profeſsione nobilis, ex eadem regione (ut puto) natus, certè Lutetiæ degens, ipſi Franciſco regi, qui Budæũ euexit, familia ris, eodem hoc ſuſcepto negocio, ponderum ratione temerè abiecta, ad me ras nugas ſeſe cõuerterit, ac ex abſolutiſsima re fecerit nobis obſcuriſsimã, maximè ubi uaſorũ capacitatem tractat: relicto pede Pariſino, Romano, ſi dĩjs placet, arrepto, omnia, ut uno uerbo dicam, ita cõfudit, ut ipſe ſeſe non explicet, cauſatus ponderũ inęqualitatem, quaſi non & de pede eodem mo do cõqueri liceat. Sed nolo pluribus. Nos itaq; Pariſienſia pondera ſeque-
B mur, à qua ratione Rhenana pondera apud aurifices plus uiceſimaquarta deficiũt parte: nempe in uncia, plus ſcrupulo; in marca, plus duella: in libra zygoſtatica, plus binis duellis, aut unciæ beſſe. Vnde & hodie in his regio nibus duplicia pondera, Troiana pro Romana, quæ nos γνήσια iudicamus, & Rhenana, quæ leuiora facta, non ſatis decorè, ut mihi quidem uidetur.

DE VNCIAE PARTIBVS. CAP. IIII.

VNcia, duodecima libræ Romanæ pars, ab unitate dicta, primũ diuiditur in duas ſemuncias, hoc eſt, in duas æquas partes. Se munciæ ſignum uetuſtum eſt lineola, à pede S literæ infernè dextrorſum tracta cum extimo nodulo, ad hunc modum S. Rhenus hoc tempore Lod uocat, & ferè in minutioribus libræ dimenſio nibus utitur. Secũdo uncia ſecatur in tres æquas partes, quæ Duellæ no men habent à duabus ſextulis. Eius ſignum duo ſemicirculi ∪∪ uelut bi-
C na cornua, ad formã accentus breuis ſyllabæ. Eſt autẽ duella unciæ triens.

Tertio uncia partiẽ in quatuor æquas partes, quæ Siciliqui nomen acci piunt, qui ita dictus uidetur, quòd ſemunciam ſecet: cuius ſignum eſt Q. in ſiniſtrum latus uerſa cauda, hoc modo ϙ. Et quemadmodũ duella un ciæ triens eſt, ita ſiciliquus unciæ quadrans eſt, ſemunciæ uerò ſemis: quo pondere ſunt Eduardæi Anglici, qui hodie Nobiles Roſati, didrachmi.

Quarto unciã in ſex diuidũt æquas partes, quibus Sextula nomen. Ci cero pro Cecinna: Teſtamẽto facto mulier moritur, facit hæc hæredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium, libertũ ſuperioris uiri, Ebutio ſextulam aſpergit. Hæc Cicero. Quibus uerbis hæ reditatem (inquit Budæus) Cicero in deuncem, ſemũciam, & tres ſextulas diuiſit: ex quo liquet, ſextulam tertiam eſſe partem ſemunciæ, & unciæ ſe xtam. Duas ſextulas dixit pro tertia parte unciæ, cùm tamẽ aliud uocabu lum latinum haberet, duellam ſcilicet: nam duæ ſextulæ duellam faciunt, unde & nomen, ut diximus, duellæ eſt. Sextulæ ſignũ eſt duellæ dimidiũ,

D unum cornu siue nota accentus breuis syllabæ, hemicyclium inferius, ad hunc modū ∪. Quinto diuidit uncia in octo partes æquas: drachma his nomen: signum eius χ græcum, ueru desuper confossum, hoc modo ϗ. Quidam denarij notulam transuerse confossam ita pingunt ϗ, ut sit propémodum stellæ forma, quo modo in multis uetustis codicibus pernotatam reperisse se affirmat Leonardus à Portis. Hæc est, hæc inquam drachma est, quę omnē uersat rem nummariam: quippe denarij argentei drachmæ pondus, ut dictum est, habebāt. Sunt & didrachmi aurei Romani ueteres. Nostra uerò ætate aurei (Ducatos uocāt & Coronatos) debebāt esse drachmæ pondere, sed ab illo mirè deficiunt: nam cùm drachma habeat septuaginta duo grana, Hungarici quinis frequenter granis leuiores reperiuntur: Italici, ut Florentini, ac Mediolanenses, septenis: Veneti senis, quamuis Leonardus siliqua duntaxat, hoc est, quaternis granis leuiores drachma esse contendat. Regalis antiquus Francicus duobus à drachmæ
E pondere deficit granis. Hispanici item sex, ut Veneti: Francici autē Coronati solati octonis leuiores sunt granis. Veneti & Pontificij, item Siculi coronati, denis. Rhenenses uerò undecim. Drachma igitur est octaua unciæ pars, semūciæ quarta, quam ineptè hodie uulgus Quintulam uocat, cùm sit potius quartula: Argentarij grossum nominant. Sed scilicet ita suspendendus naso est uulgus, ut impostorū mysteria nemo intelligat. Sexto uncia diuiditur in partes XII, uelut as in duodecim uncias, & semisextula dicitur. Eius signum, ut sextulæ, sed ueru deorsum perfossum, quemadmodum drachma, ad hunc modum ψ. Donatus in primam Phormionis scenam, putat à Cicerone libellam dictam, in Verrem actione tertia: Ecquis Volcatio, si sua sponte uenisset, unam libellam dedisset? Budæus libro primo de Asse, libellam pro asse æreo exponit, quamuis ipsam argenteam fuisse existimet. Septimo in partes XVIII. Tremis uocatur, in usu non admodum frequenti. Eius signum H. Octauo in partes XXIIII.
F Scrupulum uocant siue gramma, quòd Græcorum tot sint literæ. Quidam, ut γράμμα exprimant, scriptulum primùm uocatum putant, postea scripulum, abiecto t. Columella genere neutro usurpat. Prima syllaba uariè per u & y, apud meliores autores semper producta reperitur. Argentarij hodie denarium uocant, & XXIIII grana cōtinere aiunt. Drachma certè terna habet scrupula: ter octo uigintiquatuor efficiunt. Eius signum duo SS cum transuersa linea, sic ⸗SS. Nono in XLVIII partes. Obolus dicitur græcè: Columella semiscrupulū uocat: est enim scrupuli dimidium: drachma igitur sex habet obolos. Eius signum est ueru iacens, singulis infernè supernęq; pūctis, hoc modo ÷. Decimo diuiditur uncia in partes septuagintaduas, bisiliquam uocant, quòd sit siliquæ, de qua mox, dupla. Eius signum duo NN colligata inuicem, cum hypodiastoles sub extremis pedibus signo, ad hunc modum ƝƝ. Ea nō est in usu apud autores, quod equidem sciam. Vndecimo in partes XCVI. Cerates siue Ceraces quidam uocāt, alij semiobolum, quippe dimidium oboli, de

quo


A quo ex obolo non est difficile iudicare. Eius signū produnt ℨ literam.
Duodecimo in partes CXLIIII. Siliquas nomināt, de quibus Plin. lib. xv. cap. xxiiij. Digitorū, inquit, hominis est longitudo illis, & interim falcata pollicari latitudine. Graeci λιβάνου appellāt, hoc est, siliquae fructus granum, quod sextam scrupuli pendit partem, tertiam oboli, quaterna hordei grana. Eius signum est unicum N cum hypodiastoles utroqꝫ sub pede signo, hoc modo N̩. Decimotertio uncia dispescitur in partes CXCII, ut siliqua ad eas sit Epitrita. χαλκοῦς scribitur apud Suidam, qui ait obolum habere chalcos VI. qua ratione siliqua dupla esset ad chalcum. Plinius autem lib. xxi. cap. ult. ait obolum habere chalcos X. at codices errare puto. Quare hoc ita apud autores uariatum consultò relinquimus, & sesquitertiam rationē ad siliquam sequemur, ut chalcus sit oboli quarta pars, contineatqꝫ nostratia grana tria, cùm siliqua habeat quatuor. Eius signū pingunt quēadmodū Q, sed cauda ter curuata, quasi tria hemicyclia dextrorsum du-
B cta, ad hunc modū Qω. Vltimo uncia secatur in partes 576. ut sit siliquae quarta pars, scrupuli uicesimaquarta, sicut scrupulum unciae est uicesimaquarta, drachmae uerò septuagesimasecūda. Sitarion Graecis dicitur. Nam in scholijs super Alexipharmaca Nicandri legit, ἑξάγιον ἔχει λιβάνια κδ'. λιβάνου σιτάρια δ'. hoc est, Hexagium siue sextula cōtinet siliquas XXIIII, siliqua grana quaterna. Huius negocij totius subijcietur typus ad huius capitis finem.

HIC uerò ingens operaeprecium fecerimus, si in tanta non nominum modò, sed rerū etiam uarietate, Lectorem ita deducere possimus, ut absqꝫ omni confusione, quae dicta sunt, firma memoria comprehendere, ac conseruare possit. Neqꝫ enim nudae rerum descriptiones, etiam oculis subiectae, tam citò radices egerint in Lectoris memoria, nisi etiā intelligat, quae huius structurae bases, quae negocij sint fundamenta. Quare nos hîc uelut ecbasi quadam didascalica utemur ad cōfirmandam Lectoris nō omnino
C stupidi memoriam. Primū igitur hoc notandū. Cùm in rerum diuisione numero in primis sit opus, prudenter sanè ac circūspectè maiores nostros fecisse, qui duodenariū potissimū elegerint, oppidò aptum omnibus suis partibus, ut ullus alius esse possit numerus. Quanquam (ut uerum fateamur) nullus est numerus, quin suam habeat perfectionē, quemadmodum de denario ac senario Vitruuius lib. iij. de alijs alij, ut Martianus Capella, uaria scripserunt. Ad rerum tamen diuisionem nullus duodenario cōmodior, quod & Chaldaeis, scientiarum inuentoribus, & Ægyptijs, denique mathematicis omnibus placuisse uidemus. Eum porrò numerum Romani Asis nomine appellarunt, ac multis rebus, ut initio huius cōmentationis diximus, adaptarunt. Monádas praeterea eius, ab unitate uncias dixerunt. In eius autem, hoc est, asis diuisione, binae (quod admodum mirum est) partiū eius appellationes ortae sunt, quod & ipsum antè in primo capite obiter innuimus. Alterae à toto, ut cùm dicimus, trientem, quadrantē, sextantē: intelligitur enim totius tertia, quarta ac sexta pars, non tres, qua-

D tuor ac sex totius partes, siue unciæ. Et in his quidem, ut maior est nomi-
nis appellatio, ita res est minor. Sextans enim appellatione nominis maior
quadrante est, at re ipsa quadrans sextante est maior sesquiplo, ut qui tres
habeat uncias, cùm sextans duas duntaxat. Tria autem ad duo, sesquipla
est ratio, Græcis hemiolia. Ita quadrans maior quidem triente est ipsa no-
minis appellatione, re ipsa uerò Epitrito minor, cùm triens quatuor conti-
neat uncias, quadrans tres duntaxat: quatuor uerò ad tria, proportio est
sesquitertia, quæ Græcis Epitrite. Alteræ appellationes sunt à numero
partium totius, non ab ipso toto: ut quincunx, quinque unciæ, non quin-
ta assis pars, quippe qui ipso nominis sono quinque uncias innuit. Ita se-
ptunx, septem unciæ, non septima assis pars: ita bes, octo unciæ, dodrans,
nouem, ac deinceps, dicti intelliguntur. Percepta igitur ac probè intelle-
cta hac appellationum differentia, multos errores euitabimus, quos sup-
putando quis incidere facilè possit, quod ipsi in nobis, ac in alijs sæpe ex-
E perti sumus. Et hæc quidem in assis diuisione difficultas appellationum.
Verùm non idem in unciæ partibus accidit, ubi perpetuò appellatio est,
aut apertè à toto, ut sextula, semisextula: aut per se sunt nomina posita, quę
tamen ipsa à toto dicunt, ut drachma, scrupulum, obolus, siliqua. Est enim
drachma octaua unciæ pars, non autem quæ contineat octo unciæ partes:
scrupulum uicesimaquarta unciæ pars, non autem quæ contineat XXIIII
unciæ partes. Hæc de appellationibus hactenus. Atqui has iam dictas
unciæ partes oculis subijcere non melius poteris, quàm per quadratorum
quadra, ut siciliquum per IIII, in uno quadro, quadra, quando lateribus
singulis quadri, in medio per singula puncta diuisis, ac ab eis punctis in
transuersum lineis singulis ductis, quæ ad angulos rectos se intersecent,
ad hunc modum ⊞: hîc enim in uno quadro quaterna efficies quadra.
Huiusmodi sectio per unicam lineam, sed bis ductam, accipit multiplica-
tionem numeri binarij. Bis duo fiũt quatuor. Sin idem quadrum binis in
F lateribus punctis, binis item lineis sic bis ductis secetur, ad hunc modũ ▦
sectio hęc multiplicationem ternarij accipiet. Ter tria fiunt nouem. Porrò
si ternas lineas in quadro sic transuersas duxeris ad huncce modum ▩,
sectio hæc multiplicationem quaternarij habebit. Quater quatuor fiunt
XVI. Denicq; si quaternæ lineæ in quadro sic transuersæ ducantur, eueniet
multiplicatio quinarij. Quinquies quinq; fiunt XXV. Ita καθολικῶς, quiuis
numerus per aduerbium suum multiplicatus, dabit quadrum suæ multi-
plicationis omnibus partibus internis uerè quadratis, perpetuò numeris
multiplicationis unitate excedentibus lineas in quadro ductas. In siciliqui
enim quadrato una linea bis ducta, intus quatuor efficiet quadrata, sed nu
merus multiplicationis est binarius. Bis duo sunt quatuor. In proximo
inde quadrato duabus lineis bis ductis, fiunt nouem in uno quadro qua-
dra: ubi multiplicationis numerus est ternarius. Rursus in quadrato se-
quente, cùm tres lineæ secent quadratum, quaternarius tamen multipli-
cationis eius est numerus. Ita deinceps perpetuò multiplicationis nume-

rus

Arus unitate excedit lineas, quadrum ad angulos rectos secantes. Huius theoriæ undecim quadrata oculis subiiciemus, ex quibus reliqua facilè expedientur. Vbi id etiam mirum est, differentiam inter ea quadrata proximis quibusque imparibus numeris constare, à quinario cœpto principio. Primum nanque quadratum, quod est pro siliqui ratione, quatuor intra se habet quadrata. At post ipsum proximum, IX. differentia inter ea quinq;. Ita inter secundum ac tertium quadrata differentia VII. Inter tertium ac quartum differentia IX. Atque ita in postera, imparibus numeris proximis. Sed nunc ipsa quadrata XI ponere placuit, cum summa ex multiplicatione producta aduerbij & numeri eius, ac interposita differentia, donec ad 144. partes perueniamus, qui est siliquarum in uncia una, quę quaterna habent grana, numerus. At granorũ omnium in una uncia quadrum postremò adiiciemus.



Singulæ in uncia lineæ. Bis duo.
Binæ lineæ. Ter tria.
Ternæ lineæ. Quater quatuor.
Quaternæ lineæ. Quinquies quinq;.
Quinæ lineæ. Sexies sex.
Senæ lineæ. Septies septem.




Septenæ lineæ. Octies octo.
Octonæ lineæ. Nouies nouem.
Nouenæ lineæ. Decies decem.
Denæ lineæ. Vndecies undecim.
Vndenæ lineæ. Duodecies XII.

Hæc vltima area siliquarũ est in vncia: latera eius duodenũ partium, ipsa ex quater triginta sex constituitur. Siliqua ad granũ quadrupla est.

C Hæc cùm in infinitum deduci queant, in nostro tamen negocio ter duntaxat incidunt, nempe in siciliquo, siliqua, & sitario siue grano. Sed ad hoc introducta nobis sunt, ut Lector assuescat unciæ partes quadris adaptare, idq; ad confirmandam tot ac tantarum rerum memoriam. Cæterùm quadratam quanq; aream in duas, tres, quatuor secare partes, ac etiam plures ad scrupulum usq;, quæ est uicesimaquarta unciæ pars, haud sanè difficilè fuerit, etiamsi latera inæquales habeant diuisiones, maximè semunciæ, duellæ, drachmæ, &c. At in oboli ac sequentium arearum habenda diuisionis ratio est: de quibus breuiter dicendum, ut Lector ipse sibi ex nuda descriptione eas fingere queat. Oboli igitur area in oppositis lateribus alteris senas, in alteris octonas habet partes, quæ inuicem ductæ, 48 efficient: tot enim oboli sunt in uncia. In bisiliqua, altera latera partes ha-


D 48. oboli in uncia. 72. bisiliquæ. Ceraces 96. Chalci 192.



bent octonas, altera nouenas, quæ inuicem ductæ faciunt 72. Tot enim sunt bisiliquæ in uncia. Ceracis area in alteris lateribus item octonas, in alteris duodenas, 96 in uncia. Chalci area duodenis ac denis senis partibus ducitur, quę efficient 192 chalcos in una uncia, si siliquam epitritam ad chalcum constituemus, ut typis hîc apparet. Inter chalcum ac ceracem siliqua est, cuius paulò antè typus inter superiores sex erat ultimus.

E Κεράτιον siliqua est: quarta eius pars ὀβολιαῖον, id est, granulum, ultimum apud ueteres, quantum nobis cõstat, ponduſculum, unciæ quingentesima septuagesimasexta pars. Argentarij nostra ætate à scrupulo uicenariam quaternariã deinceps ordiuntur diuisionẽ, adeò subtilior hæc ars inclaruit haud magno nostro, ut puto, uel priuato uel publico bono. Scrupulum (inquiunt) diuiditur in 24 grana, granum in 24 carrubas, carruba in 24 minuta, minutum in totidem minutula: minutissimum hoc

576




Vicenæ ternæ lineæ. Vicies quater XXIIII.

F est. Verùm quia hæc ad uetustorum autorum loca excutienda nihil conducunt, consultò nobis omittuntur. Sed appositum eccum tibi hîc ὀβολιαῖον typum, ultimũ omnium: cuius latera uicenûm quaternûm sunt partium, quibus in se ductis, producentur grana 576. Verùm nunc tempus est, ut quæ hactenus diximus omnia, in unum typum cõñciamus, ubi tum Marcæ, tum libræ & Romanæ & zygostaticæ partes, hoc est, unciæ cum partibus, uelut uno aspectu conspici queant.

Vnciæ partium cum signis enumeratio.

Semuncia, ein lod.		Vnciæ dimidium.	1/2
Duella, semunciæ bes.	2/3	Vnciæ triens, id est, tertia pars.	1/3
Siciliquus, semunciæ dimidium.	1/2	Vnciæ quadrans, id est, quarta pars.	1/4
Sextula, semunciæ triens	1/3	Vnciæ sextans, id est, sexta pars.	1/6
Drachma, semunciæ quadrans.	1/4	Vnciæ octaua pars.	1/8
Semisextula, semunciæ sextans.	1/6	Vnciæ uncia, id est, duodecima pars.	1/12
Tremis, semunciæ nona pars.	1/9	Vnciæ pars decimaoctaua.	1/18
Scrupulum, semunciæ uncia.	1/12	Vnciæ pars uicesimaquarta.	1/24
Obolus, semunciæ semuncia.	1/24	Vnciæ quadragesima octaua pars.	1/48
Bißiliqua, semunciæ pars tricesimasexta.	1/36	Vnciæ septuagesima secunda pars.	1/72
Semiobolus, semunciæ pars quadragesimaoctaua.	1/48	Vnciæ nonagesimasexta pars.	1/96
Siliqua, semunciæ pars septuagesimasecunda.	1/72	Vnciæ centesima quadragesimaquarta.	1/144
Chalcus, semunciæ pars nonagesimasecunda.	1/92	Vnciæ centesima nonagesimasecunda.	1/192
Granũ, semũciæ pars ducentesima octogesimaoctaua.	1/288	Vnciæ quingentesima septuagesimasexta.	1/576

XVI unciæ quaternis ordinibus cum suis partibus & signis.





Quot grana in singulis unciæ partibus.	288	192	144	96	72	48	32	24	12	8	6	4	3	1
Partium unciæ uetusta signa.	S	VV	9	V	✳	Ψ	H	SS	÷	M	Z	N	ϙω	◇

De asse & eius partibus

DE PARTIVM VNCIÆ INVICEM proportione. CAP. V.

VIdebimur autẽ fortasse nõ inutile operæprecium facere, si, quæ omniũ unciæ partiũ inter se sit ratio, percenseamus: sic enim facilius memoriæ cõmendauerimus, fluxa alioqui & minuta, nisi cõmuni animi cõceptu firmentur. Vncia igitur ad omnes suas partes eam habet proportionẽ, quam diuisionis numerus indicat. Id ut clarius intelligatur, latius explicandũ est. Vncia sanè ad semunciã dupla est: diuidit enim uncia in duas semuncias. Eadem uncia ad duellam tripla est, quippe quæ in tres duellas secatur. Ita ad siliquũ quadrupla, ad sextulam sextupla, ad drachmam octupla, ad semisextulam duodecupla siue libralis, ad tremissem sesquilibralis, & in reliquis sequentibus eodem modo. Sed libet singularũ unciæ partium rationẽ inquirere, & primũ ad suam cuiusq; proximã. Semuncia igitur ad duellam est sesquipla siue sesquialtera: continet enim semuncia duellam semel, & alterã item eius partẽ, nempe eius dimidiũ. Duella ad siliquũ sesquitertia, quam Græci Epitriten nominant. Cõtinet enim duella siliquũ semel, ac tertiã insuper eius partẽ. Siliquus ad sextulã rursus sesquiplus: sextula ad drachmã, sesquitertia: drachma ad semisextulã, sesquialtera: ita & semisextula ad tremissem. At tremis ad scrupulum sesquitertius: scrupulũ ad obolum, duplum: obolus ad bissiliquã, sesquiplus: bisiliqua ad semiobolũ siue ceracem, sesquitertia: semiobolus ad siliquã, sesquialter: siliqua ad chalcũ, sesquitertia: chalcus ad granum, triplus. Porrò earundem partiũ proportiones ad tertiã quanq; ita habent: Semunciæ ad siliquũ, duellæ ad sextulam, siliqui ad drachmã, sextulæ ad semisextulam, semisextulæ ad scrupulũ, oboli ad semiobolũ, bisiliquæ ad siliquam, semioboli ad chalcum, ubiq; ratio dupla. At drachmæ ad tremissem dupla sesquiquarta: continet enim drachma bis tremissem & quartam eius partẽ. Tremissis uerò ad obolum ratio dupla superbipartiens tertias: cõtinet enim tremis obolum bis, & eius præterea bessem, duas tertias uulgus uocat. Deniq; scrupuli ad bissiliquam tripla, siliquæ ad granum quadrupla. Sed hæc hactenus. Nostra ætate monetarij, aurifices, nummulariq; doctiores libram suam à semuncia auspicantur, cuius numerus est granorum 288. Sed in mediis diuisionibus cum hac nõ conueniũt. Nam multiplex genus, ut duplum, triplum, quadruplũ, obseruant, omissis superparticularis generis speciebus, hemiolia ac epitrita, quæ usu longo ex duplicibus coniectant. Sed & huius rei hic est typus.

Quota quæq; unciæ pars.	1/2	1/3	1/4	1/6	1/8	1/12	1/18	1/24	1/48	1/72	1/96	1/144	1/192	1/576
Quot grana in singulis.	288	192	144	96	72	48	32	24	12	8	6	4	3	1
Partium unciæ uetusta signa.	S	UU	9	U	⅋	Ψ	H	SS	÷	ℳ	Z	ℕ	ℚ	◇

Proximorum tertiorumq; proportiones




A

DE PEDE ROMANO AC EIVS PARTIBVS. CAPVT VI.

QVæ res breuiter doceri uult, in ea si Lectorem per longas ambages trahas, ac uelut suspensum detineas, odiosum id sanè ac intolerabile. Quod multi tamen adeò non cauerunt, ut studiosè hoc quæsisse uideri queant. Quod uitium ut ipsi effugeremus, omissis nugis de uario uocum significatu in pedis diuisione obuenientium, simplicissimam eius partitionem Lectori sub oculos ponendam existimauimus, ut ex ea primùm rem ipsam sine errore probè intelligat: deinde, confirmata iam ac uelut roborata intelligentia, tutò autorum uarias opiniones uersare animo, imò per se ipse, quæ alia atque alia subinde uel reperiat uel inueniat, iudicare, dispicere ac discutere queat. Quod quidem facilè factu fuerit, si quidem bene prima iecerit fundamenta. Notandum igitur primam pedis mensuram fuisse senûm denûm digi-
B torum, hoc est, quatuor manuum transuersarum quaternûm digitorum. Manus una transuersa uocatur palmus minor, græcè παλαιστὴ, qui est pedis quadrans, quaternis digitis. Porrò tres reliquæ transuersæ manus, latinè dodrans, græcè σπιθαμὴ, duodenis digitis. Hanc mensuram nostra ætate Geometræ, & ipse adeò Budæus annotationibus in Pandectas, haud scio quo autore, palmum maiorem uocant, commoda sanè ac apta ad minorem palmum comparatione, ut sit triplus ad minorem, extenta manus siue expassa, pollice & minimo digito. Hisce duobus palmis uulgus hodie utitur in metiendis calceis, nempe manu extenta pro maiore palmo, qui est trium transuersarum manuum, & deinde medio in tergum inclinato digito ad mediam iuncturam. Verùm quandò senûm denûm digitorum numerus in Assis rationem minus aptè uenire posset, duodecim pollices inuenti sunt, nempe ut quaternis digitis, quot sunt in transuersa manu, siue minore palmo, æquarentur terni pollices. Item rursus duodenis digitis, quot sunt trium transuersarum manuum, siue palmi maioris, comparen-
C tur noueni pollices, qui conficiunt pedis dodrantem. Id etiamnum manet apud nostræ ætatis operarios. Pollex igitur est pedis uncia: bini pollices, sextans: terni, quadrans: id est palmus minor quaternûm digitorum, ut diximus, græcè παλαιστὴ: quaterni, triens: quini, quincunx: seni, semis: septeni, septunx: octoni, bes: noueni, dodrans siue palmus maior, græcè σπιθαμὴ, ut dictum est: deni pollices, dextans: undeni, deunx: duodeni postremò as siue pes. Ita perpetuò ternis pollicibus respondent quaterni digiti. Hæc ita simpliciter tradita ac memoriæ infixa, facilè aperiunt uiam ad omnes alias in metiendi arte mensuras capessendas. Atqui hæc pedis ratio, ex duobus quæ initio capitis tertij proposuimus, erat alterum ad omnia uasorum inania expedienda: cuius rei nunc typum exhibemus, subiuncturi quadrantem Parisini pedis, qui huic tractationi longè aptior est eo quem Leonardus à Portis nobis exhibuit. Vter uerò Romanis in usu fuerit, id haud admodum referre puto (utrunque enim diuersis temporibus


habuisse possunt) id magis attendendum, uter rei, quam hîc tractamus, accõmodatior: quod de Parisino adeò uerum est, ut nihil prorsus dubitemus, cui & pondera & inania bellissimè congruunt. Nec in tot difficultates incidemus, ut is, qui nuper neglectis ponderibus, unica huius negocij basi, nobis hæc adeò ex certis incerta fecit.

Comparatiua qualitas, nõ uera quantitas expressa: comparãtur enim digiti ad pollices, omissa omnium quantitate. Horũ enim foliorum spacium, pedis longitudinẽ capere non poterat. Quadrantẽ tamen exhibemus tertiũ uncęj, ex quo totus pes nullo negocio certò haberi poterit. Quòd si cui ea designatio non satisfecerit, is exemplo nostro è Lutetia adsit ri sibi curet.




Quadrans pedis Parisiẽ. III. poll. IIII. digitis.

A D. Vuilhelmo Budæo habet Glareanus.



Quadrans pedis urbis Augustæ Vindelicorum.


Leonardus à Portis scribit hunc Romanũ esse, sed ad hanc rem prorsus incommodus est.




DE VASIS GEOMETRICIS APVD AVTORES CELEbratis, in quadrum certum ac indubitatum per pedis Romani mensuram cogendis. CAP. VII.

NOn est uisum necesse hoc loco præfari, uarios esse mensurarũ ordines siue modos, ut maximarũ culeus est, mediarũ amphora, minimarũ sextarius, quandò ex una pedis mensura omnes ex æquo prodeunt. Quapropter quicunq; pedis rationem attenderit, mediam uiam, quæ tutissima est, ingressus, is facillimè tum minora, tum maiora expediet. Id autẽ in primis notandum: cùm triplex sit mensura, longitudo, latitudo ac profunditas, & longũ propriè dicamus, quod longius est, ut Ptolemæus ait lib. i. Geograph. cap. vi. sub finem, in cubis tamen ac globis tres hæ mensuræ eædem uidentur. Verùm differre eas situ ac positione, nõ est dubiũ, quod de lineis, superficiebus, ac corporibus apud Geometras in confesso est. Ex pedis autẽ Romani longitudine, tanquam certa quasi radice ac regula, omnes mensuræ in quadra certa deduci possunt,


A possunt, quamuis illa fiant nõnunquã altera parte longiora, ita ut non sint omnino cuba, sed proximè tamen ad quadrum accedentia, & ferè multiplicatione cubica, nomine interaduerbia incluso. Ad quam rem pollices, hoc est, unciæ pedis, sunt accõmodabiles, ut nulla alia mensura aptior. Vnde quemadmodum primæ cubi species multiplicando nascuntur: dicendo enim, bis duo bis, producũtur octo in quadrum: ter tria ter, uigintiseptem: ita dicendo, duodecies duodecim duodecies, producitur cubus millenis septingenis uicenis octonis cubis pollicari magnitudine in quadrum. Quadrantal Romanũ siue amphora, quæ pedẽ in omnes habet dimensiones, ea est librarum Romanarum XCVI, congios habens octo, sextarios 48. Amphora igitur ex cubica unius pedis multiplicatione producitur. Eam multis alijs nominibus dictam putant, λοβάμιον, στέμνον, λάβιον, ἡμιμέδιμνον, & quadrantal, ut dictum est. Medimnum binas amphoras continere, amphoram binas urnas ac ternos modios, pulchrè ostendit Budæus lib. v. de Asse. Ty-
B pum hîc subijcere placuit columellis uigintiseptem, ut octona illa spacia, secundùm quæ octo congij in amphora continentur, uideri queant. Si enim imaginemur in medio amphoræ, pedem Romanum ad angulos rectos in trinam dimensionem facere sectionem, emergent octonæ æquales partes in ea, quaternæ quidem supernè, quaternæ item infernè, qui sunt octoni isti in amphora congij, de quibus paulò pòst dicendum.



A AMPHORAE dimidium uocatur Vrna. Fit, si duodecies duodecim sexies ducas, octingenûm sexagenûm quaternûm pollicum quadratorum. Cuius urnæ longitudo ac latitudo integri, sed profunditas dimidiati pedis mensu explicabitur. Ratio quidem quadra, sed dimidio à cubica deficiens. Vrna triticarium sextarium Friburgensem continet, si uas cui leuiter imponitur sextarius, uel semel, uel bis concutiatur: alioqui cumulatior est aliquantulum sextarius quàm urna, exigua sanè differentia.



B Rursus si octies nouem octies ducamus, Modius proueniet Romanus, tertia amphoræ pars, quingenûm septuagenûm senûm pollicum quadratorum. Cuius modij latitudo ac profunditas octonis pollicibus, longitudo nouenis perficitur. Ratio paululum à cubica deficiens.




CON-

A CONGIVS inter reliqua uaſa celeberrimũ, ſexies ſex, ſexies, æquã ac uerè cubicam multiplicationẽ recipit, ducenûm denûm ſenûm pollicũ quadratorũ capax. Hunc producit dimidiatus pes, ſecundùm cuius unciarum diuiſionem ſextariĩ in congio pernotantur. Ex his autem luculenter apparet, nõ ut totus pes amphoram producit, ita & pedis dimidium producere amphoræ dimidiũ, ſed octauam eius duntaxat partem.



SEXTARIVS Romanus, huius noſtræ commentationis ingens momentum, dictus quòd ſexta pars ſit congĩ, multiplicatione ter quatuor ter producitur, ut eius inane ſit tricenûm ſenûm pollicum quaB dratorum capax, latitudine ac profunditate ternûm pollicum, longitudine quaternûm, continens duodecim cyathos. A ſextario ſanè reliquas omnes menſuras auſpicatur Budæus, ut ab ea, de qua reliquæ certò deprehendi poſſunt, maximè ſi ad pondera, unicum hoc in negocio firmamentum, quemadmodum capite tertio diximus, hæc referre, & ad certum examen deducere uelimus. Fieri autem poterit id adeò commodè in duobus uaſis, hocce inquam ſextario, ac eius duodecima parte, cyatho, de quo nunc pauca notanda: nam eum inter alia ſuo proſequemur ordine. Cyathus duarum unciarum habet pondus, ut ex Heſychio liquet, qui ita ait: Κύαθος δύο λίτραι ὑγροῦ τινὸς ὑγρίας λίτρ. id eſt, Continet autem cyathus liquoris alicuius uncias duas. Facito inane, cuius longitudo duorum ſit pollicum, latitudo ſeſquipollicis, profunditas unius, uidelicet ut ſit capax ternûm pollicum. Tum uerò ſtatue libram, in cuius alteram lancem ponito duarum unciarum pondus, in alteram uerò tantum uel uini C uel aquæ, ut libræ examen ad angulos rectos conſtet. Eum inde liquorem fundito in cauum illud inane, & uidebis impleri ſuperficietenus: quod ni fiat, falſa fuerit probatio. Sed agè iam idem de ſextario oſtendamus. Iſidorus ſextarium dupondium facit, hoc eſt, quaternûm ac uicenûm unciarum. Facito tibi rurſus inane X X XVI. pollicum capax, uidelicet cuius longitudo ſit quaternûm, latitudo ac profunditas ternûm pollicum. Statuito libram, in cuius alteram lancem duas ponito libras Romanas, in alteram tantum liquoris infundito, ut æquilibrium conſtet: eum deinde liquorem in illud inane infundito, & liquoris ſuperficies extrema reſpondebit labris ad amuſsim. In his duobus uaſis efficax probatio ſufficiens fuerit ad omnium uaſorum æquitatem probandam. Hîc cauſari inæqualitatem ponderum in uino & aqua, iniquum fuerit, non minus quàm pedem ac ipſa pondera non æqua cauſari. Lutetianus ſiue Pariſienſis pes, ac publica pondera eiuſdem urbis, pulcherrimè reſpondent: alibi ſcio deficiunt. Nihil autem ſtultius quàm dicere, uinum & aquam pondere differre.

Fieri potest ut in aliqua magna summa uno cyatho differant, at id nostrã rationem non impedit: ut in sextario cochlearis uncia, in congio cochlear.



	XII	Sextarius as	II libræ.	TER QVATVOR TER	Sesquichopina. Dimidium mensuræ Friburg. Brisgoæ.
	XI	Deunx	I lib. & X un.		
	X	Dextans	I lib. & VIII un.		
	IX	Dodrans	I lib. & VI un.	TER TRIA TER —	Dimidiũ mẽsuræ Basilien. Musarum poculum.
	VIII	Bes	I lib. & IIII un.	TER QVATVOR BIS	Chcopina. Dimidiũ Pintæ.
Cya	VII	Septunx	I lib. & II un.		
thi	VI	Semis	I libra.	TER TRIA BIS —	Hemina, ἡμίνα, τριβλιον, Benedictinorũ poculum.
	V	Quincunx	X unciæ.		
	IIII	Triens	VIII unciæ.	BIS TRIA BIS	
	III	Quadrans	VI unciæ.		Gratiarum poculum.
	II	Sextans	IIII unciæ.		
	I	Vncia sext.	II unciæ.		

Videntur autem mihi, ni fallar, apud priscos pocula fuisse, quorum, quod duorũ fuit cyathorum capax, sextantis habuit nomen: quod trium, quadrantis: quod quatuor, trientis. Atq; haud scio an omnium assis partium, ut quincuncis, septuncis ac dextantis. Nomina ferè omniũ partium legunt uariè apud autores. Sextantis, Martialis: Sextantes Calliste duos infunde Falerni. Quadrantis, quod Gratiarũ fuit. idem: Quadrantẽ duplices

A plices de seniore cado, Triētis. Idem: Seruabor dominæ Ruffe triente tuo. quod uocabulum est & apud Persium ac Propertium. Quincuncis, semisis & bessis. Idem: Quincunces, & sex cyathos, bessemq; bibamus. (Dodrans Musarum poculum est.) Deuncis. Idem: Miscerī sibi protinus deunces. Budæus autem lib. v. nō magis pocula quàm mensuras ea nomina significare putat, quod facilè credo. Martialis lib. viij. ad Posthumianū, bessem uidetur scutulam uocare, cùm inquit: Bessalem ad scutulam sexto peruenimus anno, Post hunc in cotula rasa selibra data est.

Quòd si ter tria ter ducas, uerum cubum, nouenûm cyathûm produces, Poëtarum, ἢ τὸ ΠΝΒ μεσῶν ποτήριον, olim ebriorum iudicatum, quod hodie sobriorū esset. Meminit Horat. lib. iij. Carm. ode xix. Ternos ter cyathos attonitus petet Vates. Et Ausonius in grypho ternarij: Ter bibe, uel toties ternos, sic mystica lex est. Basilienſis mensuræ dimidium. Sobrij hominis in singulos epulatus iusta mensura, tribus cyathis minor sextario.


B Porrò in hisce typis latitudo contracta, ex longitudine & altitudine, quas certa pollicari magnitudine distinximus, facilè intelligitur.




Nunc uerò certa in omnes partes designatione pocula aliquot describemus, ut Lectoris etiam oculi satientur: quorum primū Hemina, quæ græcè κοτύλη ἢ τρύβλιον dicitur. Ea producitur dicēdo, ter tria bis, ratione quidem quadra, sed non uerè cubica, pollicum quadratorum denûm octonûm spa

C


cium cõplexa. Vasis longitudo latitudoq; trinûm pollicũ, profunditas binûm. Sextarij dimidiũ, ut ex superioribus patet. Põdus eius libra, hoc est, XII unciæ. Cyathos habet VI, Benedictinorũ poculũ. Eius hic est typus.



Est & quaternûm Cyathûm poculum, sextarij triens, ut dictũ est. Inane eius bis tria bis multiplicando producitur, duodenûm quadratorum pollicum, unde quidam libram mensuralem uocant: ego assem quadratorum pollicum uocauerim. Ea magnitudine ferè hac ætate in honoratorum uirorum ædibus pocula in quotidianum usum instituta uisuntur.



A Porrò triũ cyathorũ poculũ, Gratijs ſobrietatiq; dicatũ, produces, ſi latitudo binorũ pollicũ, longitudo trinũ, profunditas ſeſquipollice expedia tur. Id ſextarij quadrans apud autores dicit. Et Liuius lib. v. ab v. c. uocat Quartariũ, uiduarũ ac uirginũ poculum noſtra ætate. Eius hic eſt typus.



B Sequitur Cyathus, duodecima ſextarij pars. Inane eius trium pollicum, longitudo binûm pollicum, latitudo ſeſquipollicis, profunditas pollex. Põdus, ut ex Heſychio oſtenſum eſt, binarũ unciarũ. Huius hic eſt typus.



Quemadmodũ cyathus eſt ſextarij uncia, id eſt, pars XII, ita cochlear eſt cyathi uncia. Diuiditur enim ſic cyathus in XII cochlearia, ut ſextarius in XII cyathos. Porrò quemadmodũ ſextarij partes ſecundùm aſsis diuiſionem factæ, uarias habẽt appellationes, ut, ſextantis, quadrantis, trientis &c̃. ita ſanè cyathi partes ad eandem aſsis ſectionẽ inſtitutæ, diuerſas item habent denominationes, quanquã nõ ita certas, ut paulò pòſt dicturi ſumus.

C Hæc hactenus ſimpliciſsima ratione, nempe pro rudibus ſuſcepta, proponere placuit. Neq; enim ignoramus, plures alias eſſe in magis quadram formam rationes redigendi huiuſmodi uaſorum ſpecies. Sed hercules hîc magnopere cauendum erat, ut pollicum ratio perpetuò maneret, quadri forma utcunque apparet, quippe quæ non minus in rotundum reduci poterat: ſed tum periret pollicis maieſtas, quem hîc tantum non adoramus. Non igitur placuit, cum negocij peſsimo publico, ingeniũ oſtendere, ut radicũ, hoc eſt, pollicum, ex quibus totum hoc uelut pullulat negocium, ἀπόφασιν tam fœdè periret. Cùm igitur inane cyathi ſit ternûm quadratorũ pollicum, ſinguli quadrati pollices, cyathi trientem faciunt. Quapropter ex pollicis quãtitate (cùm terni cyathũ expleant) omnis uaſorum

D capacitas facilè discitur, uelut ex huius praxeos elemento. Quicunq; igitur pedem habet urbis Parisiensis, ac eiusdem pondera publica (hodie in hisce regionibus Troiana, pro Romana uocant) is stupendo propémodū naturæ miraculo uidebit, tria hæc, pedis partes, uasorum capacitatem siue inania, denicq; pondera, ita inuicem congruere, ut alterutrorū alterū sit uelut ἀντίδοσις quædam certissima, in qua omnino rationi deest ac superat nihil. Non itaq; difficile fuerit de non admodum nobis cognitis formis certò definire, ut de Pinta Parisina, de qua toties Budæus quinto de Asse libro: cuius inane est quadragenûm octonûm quadratorum pollicum, in latum quidem ac longum quaternos, in profundum uerò ternos habens pollices. Dimidium eius Cheopina uocatur, octonûm cyathûm, cuius & ille frequenter meminit. Inane eius producitur dicendo, ter quatuor bis, uicenûm quaternûm quadratorum pollicum. Ita acetabulum, frequens in sacris literis, quarta heminæ pars, alio nomine ξέστου, sesquicyathum cō-
E tinens, sesquipollicarem latitudinem profunditatemq;, binorum pollicum longitudinem habet, pondere trium unciarū, siue XXIIII drachmarum: quanquam in Plinij codice lib. xxi. cap. ultimo, haud dubiè librariorum errore, XV drachmarum dicatur.


De Mystris & Chemis ingens dubitatio est, quæ ob diuersas autorum traditiones mirè Lectorem turbat. Quidam enim mystrum magnum (ut inde incipiamus) dimidiatam heminam faciunt, trium cyathorum, quale paulò antè Gratiarum poculum indicauimus, quemadmodum græca quædam scholia super Nicandri Alexipharmaca habent, apud me non admodum magni momenti. Alij magnum mystrum aiunt heminę trientem esse, sextarij uerò sextantē, quemadmodū ipse sextarius congij sextans est. Sic magnū mystrum duûm esse cyathûm. Alij ad duos cyathos cyathi bessem addunt. Quidam longè minorem prodiderunt mensuram, nempe decimam sextam esse heminæ partē, pondere drachmarū sex, hoc est, scrupu-
F lorum XVIII. Denicq; nōnulli decimam octauā heminæ partem. Paruū autem mystrum & ipsum uariè proditur. Quidā dimidiū cyathi faciunt, quidam quartā cyathi partē, quod est semūciæ pondus, uidelicet XII scrupulorū: idq; magis cōuenit inter autores. Quòd si maius mystrū intelligamus decimam octauā heminæ partē, ipsum sanè fuerit cyathi tertia pars, id est, pollex quadratus: habet enim hemina sex cyathos, ter autē sex faciunt XVIII. Erit igitur maius mystrū, si quidem minus mystrū quartam cyathi partē fecerimus, epitriton siue sesquitertiū ad minus mystrū, quemadmodum 4 ad 3. Sic maius mystrum pro inani quadratū habebit, ut dictū est, pollicem: minus autē, pollicis dodrantem. Hæc de mystris. De Chemis autem propè obscurior est traditio. Quidam enim Chemen magnam eandem cum statere & regia nuce esse contendunt. Sed stateris pondus est semuncia, cuius ponderis & paruum mystrum est, nempe quarta cyathi, quí binas habet uncias, pars, ut sæpe nūc ostensum. Ergo idem esset paruū mystrum cum Cheme magna. Porrò rursus, plurimi paruū mystrū à Cheme

parua

A parua nõ diſtinguũt, imò idem eſſe ſcriptis prodiderũt. Vnde planè ſequeretur, tria hæc, magnã chemen, paruã chemen, paruũ item myſtrũ, in idem recidere, quod perquã abſurdum eſt: quare nihil certi de his aſſerere poſſumus. Exiſtimamus autẽ omnia iſta minutiora uaſorum nomina, ubiubi apud autores reperiant, poſſe reduci in cyathi partiũ nomenclaturã. Lector ipſe perſpectis cyathi partibus, ſecum cogitet cui quanꝯ ex nouis ac incognitis appellationibus attribuere cõmodiſsimum putet. Veritas ſit penes autores. Ego hercle in ea ſum opinione, quemadmodũ ſextarij non omnes ſecundùm aſsis diuiſionem partes, certa aut peculiaria habent nomina, ita etiam necꝯ cyathi partes omnes certis nominibus deſignatas reperiri. Id ſerè apud omnes in confeſſo eſt, cochleariũ minimam eſſe menſuram. Addit etiam Rhemnius ille Fannius, ſiue quiſquis alius eſt eorum carminum autor, quæ Priſcianus tranſtuliſſe fertur, ſiue ei falſo adſcripta, cochleariũ ita eſſe duodecimam cyathi partem, quemadmodum cyathus ipſe eſt duodecima pars ſextarij: quaſi dicas ſextarij ſcrupulum. Cochleariũ igitur, quarta pars pollicis quadrati eſſet, ſextulæ, hoc eſt, quaternûm ſcrupulorũ pon-

B dere. Apud alios autores tam uariè eius pondus proditur, ut mirũ in modum pudeat referre. Inane eius latitudine beſſali, longitudine dodrantali, profunditate ſemiſſali explicatur. Sed partium cyathi hic ſit typus.

Cochlear cyathi uncia.



Cochlearia	XII	Cyathus as	II unciæ	Tres pollices.
	XI	Deunx	I uncia & V ſextulæ.	
	X	Dextans	I uncia & IIII ſext.	
	IX	Dodrans	Seſquiuncia.	Cyamus. 36 -SS-
	VIII	Bes	I uncia & II ſextulę.	Duo pollices.
	VII	Septunx	I uncia & I ſextula.	
	VI	Semis	I uncia.	Cõcha minor. 24 -SS- Item Cygnus.
	V	Quincunx	V ſextulæ.	
	IIII	Triens	IIII ſextulæ.	Vnus pollex. Myſtrum magnum.
	III	Quadrans	III ſextulæ, ſemun.	Myſtrũ paruũ. 12 -SS-. Itẽ cheme mag.
	II	Sextans	II ſextulæ.	Corus apud Georgium Vallam.
	I	Vncia	I ſextula.	Cochlear. IIII -SS-.

Fannius:

Cochlear extremum eſt, ſcrupulicꝯ imitabitur inſtar.

DE MENSVRIS HEBRÆIS. CAP. VIII.

C HEbræas menſuras multi, ut rem ſcitu multò digniſsimã, ac maximè Chriſtianis Theologis neceſſariam, deſcripſere: quemadmodum (ut alios omnes omittam) noſtra ætate Robertus Cenalis Pariſienſis Theologus, duas hac de re editiones emiſit, quarũ priorem magis probo: eam porrò hîc ſequemur. Cæterùm non hoc agimus, ut adamuſsim omnia certa credi uelimus quæ ille dicit, cùm ipſe met ea nõ ita multò pòſt quadam ex parte, nulla (ut ego opinor) coactus neceſſitate, emendauerit, ſed ut proximè ad ueritatem ea prodantur: ne,

D quod nostra ætate de cyatho ac modio factum est, accidat, quorū alter qua druplo, alter sextuplo maior uulgò creditus est, etiã ab ijs qui literas ipsas bonas comedisse uideri uolunt. Non omnino inter Hebręorum Rabinos conuenit: nil igitur mirum, si ipsi nõ omnia ad unguem cognoscimus. Sat fuerit, puto, Lectori, scire Log esse longè minorẽ mensuram, quàm sit Hin aut Seah. Veritas sit, ut antè diximus, penes autores.

לוג Log, sex ouorum capax, ut dicunt Hebræi. Diuus autem Hieronymus sextarium uertisse dicitur, ut Leuitici decimoquarto. Et olei sextarium, duosq; turtures. Hîc Robertus duplicem sextarium nobis exhibet. Alterũ Hebraicum, qui sit octonûm cyathûm, quem Parisini hodie Cheopinam uocent, de qua paulò antè ex Budæi libro de Asse quinto disseruimus. Dimidia est Pinta, eam Hebraicè Log dictam putant. Alterum sextarium Romanum, qui sit duodenûm cyathûm, de quo item superius copiosè diximus. Sanctes Pagninus Lucensis Hebraicarum dictio-
E num interpres, ex Rabi Dauide ait, Log esse duodecimam partem mensuræ Hin: de qua paulò pòst.

קערת Græcè τὸ ὀξυβαφον, Latinè acetabulum, Francicè sauciere, Celticè & germanicè, ein essigfäßle. De eo multa in prioribus, ubi Plinij codicis errores redarguimus. Sesquicyathum continet. Eius mentio tum alibi, tum Exodi xxv. & xxxv ij. Acetabula, phialas, & scyphos. Item Numeri vij.

חין Semodius Romanus, Choas Atticas geminas habet, autore Iosepho libro tertio Antiquitatum, cap. xiij. Chus autem heminas octo, sextarios quatuor continet. Hin igitur Choë duplo maior, & Hin græcè ὅξυς appellatur, senûm Pintarum, librarum Romanarum denûm senûm. Est eius mentio Ezechielis xlv. prorsus ad finem, & xlvi. Item cap. iiij. ita ait Propheta: Aquam in mensura bibes, sextam partem Hin, id est, Pintam, hoc est, sedecim cyathos.

F סאה Modius. Rabi Solomon ita habet: Satum sex habet Cabos, Cabus quatuor Log, Log uerò sex oua. Ex his liquet, Satũ tertiam partem amphoræ esse, ut & modius est. Mentio eius est Geneseos xviij. Accelera, tria Sata farinæ commisce, & fac cineritios panes. Et iiij. Reg. vij. In tempore hoc modius Similæ uno statere erit, & modij hordei statere uno.

קב Cabus duas Pintas Parisinas habet, cyathos trigintaduos, ut ex iam dictis Rabi Solomonis uerbis patet. At Sanctes Pagninus Cabum sex medimnis circumscribit, ut sit amphorarum XII. ad illum locum, qui est iiij. Reg. vi. Tandiu obsessa est ciuitas donec uenderetur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars Cabi stercoris columbarum quinque argenteis. Ita in hac dictione uehementer uariatum est apud Hebræos.

חומר Gomor, Exodi xvi. est decima pars Ephi. Porrò Ephi & Batus, decima pars Cori, ut patet Ezechielis xlv. Quidam putãt

Iosepho

A Iosepho Assarion dictum. Quandò autem Ephi idem est quod amphora, amphora uerò habet XLVIII sextarios Romanos, denique cùm Gomor sit decima pars Ephi, sequitur Gomor habere propémodum quinque sextarios: in summa desunt duo sextarij.

אֵיפָה Ephi maximè celebris mensura apud Hebræos, ita quidem Cori decima pars, ut eius Gomor est pars decima. Porrò Ezechielis xlv. Batus & Ephi idem sunt. Batus autem, autore Iosepho, habet sextarios septuagintaduos, quod de minore intelligatur oportet sextario, ut uult Robertus. Ergo Pintas triginta sex, quæ conficiunt amphoram. Igitur idem sunt Ephi, Batus, & amphora. Probationem sumit Robertus ex Esaiæ cap. v. ubi nostra translatio habet, Triginta modij sementis facient modios tres: ibi Hebræi ita habent, Corus sementis faciet Ephi. Vbi diuus Hieronymus, Triginta (inquit) modios pro Coro posuimus. Hinc apparet, quemadmodum triginta modij respondent Coro, ita Ephi tri-
B bus modijs. Et Ruth secundo pro Epha, editio Chaldaica habet tria Sata. Et Rabi Solomon in Ezechielis cap. xlv. asseuerat Epha & Batum tria capere Sata. Item tertij Reg. vij. idem inquit, duo millia Batorũ comprehendere sex millia Satorũ. Idem Rabi Exodi xvi. ait Ephi continere tria Sata. Hæc pro simplicissima ratione sufficiunt: non enim nos latet quàm mira à scriptoribus super hac re tradita legantur.


לֶתֶךְ Dimidius Corus, hoc est, quindecim modij, quinque Ephi. Corus enim habet triginta modios, decẽ Ephi. Ea dictio semel tantum, inquit Robertus, in sacra scriptura inuenitur, Oseæ tertio: Fodi eam mihi quindecim argenteis, & Coro hordei, & dimidio Coro hordei. Vbi pro dimidio Coro ponitur Lethech. Corum autem & eius dimidium diuus Hieronymus ad quadragintaquinq; modios reduxit, quod quidem pulchrè cum hac traditione conuenit. Hæc alieno autore tradita, digna tamen quæ sciantur, omittere noluimus, ut Lector etiam hac parte
C adiutaretur.

DE ASSE IN COELO. CAP. IX.

NVmerus duodenarius, inquit Budæus libro primo, & Astronomicis & Genethliacis familiaris & accommodatus est. Vnde & aspectus quadrantales obseruant, & trientales, sextantesq;. Hos duos extremos, trinos & sextiles uulgò uocant. Hæc ille. Qua in re sciendum, totum zodiacum instar assis esse, signa uerò duodecim, uelut eius uncias. Cæterùm Astronomi omnes aspectus ab Horoscopo considerant. Est autem Horoscopus ea cœli pars, quæ genituræ tempore ab Oriente emergit supra horizonta: ad hunc omnes referuntur aspectus, quorum mathematici quatuor enumerant. Primus est sextans, qui fit in sexta zodiaci parte, signis duobus, siue in tertio signo (utroq; enim modo autores loquuntur) siue denique LX. gradibus: atque

D ob id sexagenarius dictus. De quo Plin. lib. ij. cap. xvij. Hic numerus (inquit) sexangulas mundi efficit formas. Idem etiã hexagonus dicitur. Secundus quadrantalis, qui in quarta zodiaci parte fieri solet, signis tribus, aut in quarto signo, trium signorũ interstitio, xc gradibus: ob id enim nonagenarius dictus. Plin. eodem lib. cap. xv. Martis (inquit) stella, ut propior, etiam ex quadrato sentit radios ab xc partibus, unde & nomen accepit. Dicitur etiam tum quadratus, tum tetragonus. Tertius trientalis, qui trientem zodiaci capit, & in quinto fit signo, quatuor signorũ interuallo. Is constat partibus cxx. Plinius triquetrum iam dicto loco appellat. Vocatur & trigonus. Quartus semissis, qui fit diametro, sex signis siue in septimo signo, per gradus 180. Hic aspectus minax & malignus perhibetur, cùm triquetrus sit irradiatio læta ac felix, sicut & sextans simili benignitate cum triquetro aspectu. Quadrantalis autem tristis, ut semissis. Omniũ
E autem aspectuũ ratio hoc sequenti typo facilè perdiscitur: sumptus est ex Iulij Firmici lib. ij. capitib. xvij. xix. ac xx. quibus capitib. quaternos aspectus tractat, quorum tamen collatio tota pendet ex Horoscopo. Primus aspectuum quaternarius est, 1111 cardinum qui sunt in quadrantibus ac semisse, Ortus, occasus, medium cœlum, imum cœlum, græcè ἀνατολή, δύσις, μεσουράνιον, ὑπόγειον. Alter quaternarius est in trientibus & sextante. Ex triente quintus & nonus, ex sextante tertius & undecimus, bona fortuna, deus, dea, bonus dæmon: græcè ἀγαθὴ τύχη, θεὸς, θεὰ, ἀγαθοδαίμων. Tertius quaternarius pigrorum locorũ, qui unico tantum signo ab Horoscopo distant cum oppositis diametro locis, ut sunt, secũdus, duodecimus, sextus, & octauus: inferna porta, malus dæmon, mala fortuna, superna porta: græcè ἀναφορὰ, κακοδαίμων, κακὴ τύχη, πύλη καταφορά. Porrò in hoc typo signa duodecim ita naturali serie disponuntur, quemadmodum ascendere consueuerunt. Partes quoq; gradus nũc uocant, appositæ sunt: nam in ijs apponendis perquàm
F solicitus uisus est Firmicus. Hæc tametsi (inquit Budęus) uanissimè à Mathematicis disputantur, ideo tamen utilia sunt cognitu, quòd & aspectuũ radiationumq; adnotatio, astronomiæ etiam cum genethliologia communis est. Mihi porrò in hoc notantur, quòd in assis rationẽ cadunt, tum etiã quòd apud celebres autores sæpe adducũtur. Et ipsa zodiaci diuisio in assis modum temporũ rationem secum trahit, nempe anni duodecim menses: quadrantes enim anni dicimus ternos menses, uulgò quatuor tempora, & adhuc ineptius, quartalia uocata. Semestre imperium, sex mensium, & multa similia, passim obuia, ac notiora quàm ut multum operæ de ijs enarrandis in hoc compendio sumamus.

Vanitas



C VANITAS uanitatū, & omnia uanitas, clamat ſanctus ille Eccleſiaſtes. At ubi magis congruet hæc exclamatio, quàm in uaniſsimam hanc, falſo appellatam ſcientiam? quippe quæ ſtultè ſe ea comprehendere exiſtimat, quæ in ſolius Dei optimi maximiq; poteſtate, nutu, ac uoluntate conſiſtunt. Non facilè mouebit Firmicus ille multorum millionum præceptis animum uerè Chriſtianum à certa in Deum ſpe, qua probè ſcimus, contra ſydera, ac omnium aſtrorum uim, imploratum ab eo auxilium plus quàm potens fore. Nihil, aut admodum parum facit Horoſcopus ad corporis aut animæ ſalutem: plus hercle felix educatio, ad Chriſtiana opera conſuefactio, cum optimis quibuſque à teneris conſociatio, poſtremò commiſerantis Dei gratia, omnibus profuerint, quàm ſolicita illa ſyderum obſeruatio, omnis ſuperſtitionis origo ac fons. Aſtra inclinant, neceſsitatis nihil habentia. Verùm dū boni quot modis ea inclinatio, calamitatibus ac neceſsitatibus noſtris ita urgentibus, impeditur? ut milleſimus quiſque ad eam inclinationem non perueniat. Vt libet ridere, quoties lego ſeuerum illud iuſiurandum, quo Mauortium

Lollia-

D Lollianum, Orphei Platonisq; exemplo, astringit Firmicus, ne hæc ueneranda (ut ipsius uerbis utar) communia profanis uel imperitis auribus intimentur. Næ ille diu expectabit, donec quisquam sanæ mentis, hac conditione eius sacris initiari cupiat. Sed condonandum est illud homini Ethnico, & cui CHRISTVS nullam fidem fecerat. Homini Christiano alia spes est, alia gloria futura.

DE IVGERO ROMANO, ET EIVS PARTIBVS. CAPVT X.

DE iugero Romano M. Varro libro primo de Re rustica, capite decimo: copiosius Columella, luculentissimus ille scriptor, libro quinto, capite primo: sed & obiter Quintilianus libro primo Institutionum, pertractant. Nos rem ipsam pictura Lectori ob oculos ponemus, longè pauciorib. uerbis, quàm apud autores ea le-
E guntur. Nulla enim quantumuis eleganter scripta, ita Lectoris animũ iritant, quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, ut inquit Flaccus. Iugerũ igitur longitudine habet pedes 240. latitudine dimidium eius, hoc est, pedes 120. Qui si in se reducantur, erit area 28800 pedum. Iugerum porrò diuiditur in duodecim partes uelut uncias. Obueniunt autem unciæ longiore latere 60 pedes, breuiore 40. qui in se reducti faciunt pedes 2400. Supputat autem Columella iugeri partes ab unciæ quadragesimaoctaua parte, hoc est, obolo: ipse semiscrupulum uocat. Est autẽ obolus totius iugeri pars quingentesima septuagesimasexta, habetq; alterum latus decem pedum, alterum quinque, quæ inuicem multiplicata producunt aream pe
F dum quinquagenûm. Ideo autem Columella à semiscrupulo minimam iugeri partem æstimauit, quòd pro minutioribus formis nulla merces operæ dependatur. Scrupulum autem in lateribus habet pedes denos, qui in se reducti faciunt aream centenûm pedum. Semisextula latus unum 20 pedum, alterum decem habet, qui inuicem ducti, efficiunt 200 pedes. Sextulæ latera uicenûm pedum, faciunt aream 400 pedum. Siliqui latera, alterum 20, alterum 30 pedum, aream faciunt 600 pedum. Semunciæ latus alterum 40 pedum, alterum 30, aream conficiunt 1200 pedum. Denique unciæ latera, alterum 40, alterum 60 pedum, aream faciunt 2400 pedum. Quæ area cum suis lateribus, per omnes assis partes facilè ostendit omnẽ, qui quidem in hanc rationem uenit, numerum.


Huic typo subiecimus quatuor uersus, uelut omnium iam dictorum syllogismum. In quorum primo ostenditur, quota quæq; pars sit iugeri. Est enim obolus iugeri pars quingentesima septuagesimasexta. Scrupulũ autem ducentesima octogesimaoctaua. Semisextula centesima quadragesimaquarta, ac deinceps ut numeri indicant. In secundo uersu pedes tum ipsius iugeri, tum partium eius, positi sunt. Habet enim obolus siue semiscrupulum in area 50 pedes, scrupulum duplo plures, nempe centum. Semisextula CC. sextula CCCC. & in sequentibus similiter. Tertius ordo ex

plicat


A plicat nobis in omnibus tum unciæ, tum aſsis partibus, quot ſint ſcrupuli. Quod ideo factum uidetur, quòd ſcrupulum eſt centum pedum, qui numerus plurimum memorię eſt accommodus. Poſtremus uerſus, uetuſta ſigna tum unciæ, tum aſsis partium continet, de quibus copioſe initio huius commentationis diximus. Huic ultimo uerſui ſubiecimus proportiones proximorum cuiuſcp, quas dignoſcere nullus labor eſt: duplę enim ſunt ad ſextantem uſcp, excepta una hemiolia inter ſextulam ac ſiciliquū. Porrò ab uncia uſcp ad aſſem omnium numerorum in hoc typo ratio eſt, quæ eſt numerorū qui à monade ſunt uſque ad duodenariū, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Omnes enim hi cadūt in genus ſuperparticulare, exceptis primis duobus inter ſe duplis. Sed hactenus de typo & ſubiectis numeris. Enumerat præterea Columella iugeri partes, Actū quadratū, CXX pedum in quadrum, dimidium iugeri. Item clima quoquouerſus LX pedes, id eſt, iugeri ſeſcuncia. M. Varro ait Iugum ab Hiſpanis uocari, quod
B iuncti boues uno die exarare poſsint. Verſum autem quadratū eſſe quoquouerſus centum pedum. Verùm hæc & quæcunqp alia diuiſionibus adducuntur, facilè ex hoc adeò typo iudicari poterūt. Ad metiendum autem iugerum, Romani commodiſsimè ſibi uirgam factitarūt denûm pedum, quam proinde decempedam nominauere, cuius Horatius ſecūdo Carminum libro meminit, Ode XV. Hæc uirga uicies quater ordine poſita, longitudinem: duodecies uerò, latitudinem iugeri, menſori expediet.

IVGERI Romani typum ſequens
habet pagina.

Decempeda, id eſt, decem pedum regula.



Iugeri Romani cum partibus typus.



576	288	144	72	48	24	12	6	4	3	3 1/12	1/2	1/2 1/12	2/3	3/4	1/2 1/3	2/3 1/4	As Iugeri
50	100	200	400	600	1200	2400	4800	7200	9600	12000	14400	16800	19200	21600	24000	26400	28800
1/2	1	2	4	6	12	24	48	72	96	120	144	168	192	216	240	264	288
℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈	℈
dupla	dupla	dupla	sesquipla	dupla	dupla	dupla	sesquipla	sesquitertia	sesquiquarta	sesquiquinta	sesquisexta	sesquiseptima	sesquioctaua	sesquinona	sesquidecima	sesquiundecima	

Quota quæq; iugeri pars. Pedes in partibus tum unciæ tum assis. Scrupula in partibus tum unciæ tum assis. Signa uetusta tum partiũ unciæ, tum assis.

A *DE HAEREDITATE IN ASSEM DIVISA. CAP. XI.*



Aereditatem in XII partes diuiſam notius eſt, quàm ut multis uerbis admonere ſit neceſſe. Libro enim ſecundo Inſtitutionū, titulo de hæredib. inſtituendis, Iuſtinianus omnes aſsis partes bono ſanè ordine explicat. Sed notandum, quod & Imperator ibidem admonet, Aſſem, id eſt, hæreditatē, nō ſemper in XII diuiſam eſſe partes, ſed ſemper tamē in aſsis rationē. Quippe ſenarius & ipſe aſsis rationem obtinet, ut anxiè lib. 3. cap. 1. docet Vitruuius. Vnitas enim in ſenario ſextans eſt, id eſt, ſexta eius pars: binarius, triens, id eſt, tertia pars: ternarius, ſemis, id eſt, dimidiū eius: quaternarius, bes, id eſt, duo trientes, ut octonarius eſt duodenarij: quinarius, dextans, id eſt, dempto ſextante as. Porrò as, ipſe ſenarius. Idem dicendum de uicenario quaternario, quē dupondiū uocat Imperator Iuſtinianus. Vnde ex eodem titulo colligit, ſi totus as ſit completus, omnes inſtitutos reliquos uocari in dimidiatā hæreB ditatis partē. Et in uniuerſum, ſemper ea, quæ uacat, pars, intelligitur data ei, ſiue unus, ſiue plures fuerint, qui ſine certa portione inſtitutus eſt hæres. Suetonius in Cæſare dictatore: Sed nouiſsimo teſtamēto tres inſtituit hæredes ſororum nepotes, C. Octauium ex dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante: reliquos in ima cera: D. Brutū etiam in ſecundis hæredibus. Imam ceram inquit, quia in ceratis tabulis, hoc eſt, pugillaribus, ſolebant Romani teſtamenta ſcribere. Primos ergo & principes hæreditatis initio tabulę, reliquos in ima tabulæ parte, hoc eſt, in ima cera ſubſcribebāt. Vnde eradere ex ima cera, prouerbiū in teſtamentorū falſarios. Secundos autē hæredes uocat, qui primis ſubſtituunt, ut ſi illi deceſſerint, iſti in hęreditate ſuccedant. Admonuit nos eius rei eruditiſsimus ſimul ac facūdiſsimus uir D. Ioānes Venatorius Franęus germanè Germanus, Iuriſprudentiæ conſultiſsimus. Idem Suetonius lib. ij. prorſus ad finem: Hæredes (inquit) inſtituit primos, Tiberiū ex parte dimidia & ſextāte, Liuiā C ex parte tertia, quos & ferre nomen ſuum iuſsit: ſecūdos, Druſum Tiberij filiū ex triēte, & ex partibus reliquis Germanicū, liberoſq; eius tres ſexus uirilis. Tertio gradu, propinquos amicoſq; complures. Hæc ille. Quæ res quia ad Iuriſperitos attinet, conſultò relinquitur: nimium enim longum fuerit ea omnia declarare, cùm nos de aſſe in commune diſſeramus.

DE VSVRA, VETVS TRACTATIO. CAP. XII.



Ors principale mutuū dicitur. Vſura autē, quod ſorti accedit. Fœnus denique, naturalis fructus terræ, qui ex ſolo ipſo capitur. Quanquā id uerbi etiam ad uſurā transfertur, quaſi pecunia per ſe fructum producat, quemadmodū terra. Vſura apud ueteres uaria erat, ut facilè uidere eſt apud autores cùm Latinos, tum Græcos. Eſt unciaria, cùm centenarius ſingulos parit in annum: de qua mentio in l. Titium. de adminiſtratione tutorum. Et apud Liuiū, unciariū fœnus. Dimidium eius, ſemunciariū dicitur, lib. 7. ab V. C. Eſt uſura ex ſextante, cùm centenarius binos parit. Eſt ex quadrante, cùm centenarius ternos in

D annum parit. Est ex triente, quam uocant trientariã, cùm centenarius quaternos parit: quam Antoninus Pius Romanorũ princeps, tanquam minimam exercuisse dicit, ut patrimonio suo plurimos adiuuaret. Ita ex quincunce, de centum quinq; : qua hodie in hisce terris utimur. quanquam sunt urbes quæ ex publica mensa de centum quatuor duntaxat persoluunt. Est item ex semisse, qua centenarius senarium parit: millenarius sexagenarium: de qua Columella lib. iij. cap. iij. loquitur. Ita ex septunce ac besse, quibus Francia meo tempore utebatur. Est ex dodrante, ex dextante, ex deunce, consimili supputatione assis. Denicq; est usura ex asse, quæ duodenos nũmos annuos in singulos centenarios parit, id est, menstruos singulos. Hæc à Latinis etiam centesima dicitur, quòd centesimo mense sortem æquet. Nam usurarum dies in singulos menses olim cèdere existimabantur, ut hodie Lutetiæ tertio quoq; mense. Plinius Iunior hanc duodenos asses párere ait, quemadmodum & nos nunc utimur, duodecimum dena-
E rium dicentes. Græci eam drachmalem uocant à drachma, ut Latini ab assibus, & nos nunc à denarijs. Centum enim drachmæ, libram faciunt Atticam: ergo de centũ in singulos menses unum, centesimo mense æquat sortem, ut centum drachmæ libram. Fuere autem apud priscos multò maiores præter dictas usuræ. Cicero sanè Verri obijcit, quòd pecuniam sibi attributam ad frumenti publici coëmptionem, duabus centesimis fœneratus sit. Duas centesimas Cicero quatuor & uiginti asses in centenarios singulos dixit. Sesquicentesimæ usuræ mentio est apud Demosthenem in oratione aduersum Aphobum tutorem suum, quæ lege decem tabularum infactione rei uxoriæ taxata erat. Eam enim nouem obolorum facit, quam sesquidrachmalem appellare licebit: ualet enim drachma sex obolis. Triplæ etiam centesimę exemplũ est apud Athenæũ ad finẽ lib. xiij. Hactenus de usura terrestri. Sed & nautica fuit apud antiquos usura duplex: una quæ in alteram tantùm nauigationem statuebatur. Hæc à Græcis hetero-
F plus uocatur. Altera ita contrahebatur, ut non aliter deberetur, nec ipsa, nec sors eius, quàm si nauis cum mercibus sospes domum redijsset. Hanc amphoteroplum dicunt Græci. Porrò eæ usuræ non sunt menstruæ, sed semel in maris commeatum remeatumq; statutæ. Accursius usuram ex semisse intellexit, quoties centenarius quinquagenarium produceret: cùm ex semisse usura sit, ut iam diximus, quoties centenarius senos parit. Hæc ex Budæo.

DE ASSE ET PARTIBVS EIVS IN SIGNATA pecunia. CAP. XIII.

AS igitur, qui & Asis & assis dicitur, libralis nummus erat. De eo ita Donatus in primam Phormionis scenam ait: Assis libra erat, eiusq; partes unciæ. Rursus unciæ unius duodecima pars, libella dicebatur. Budęus putat libellam pro asse poni, sed eam argenteam, assem uerò æreum fuisse. Diu autẽ populus Rom. æreo nummo usus est. Primò quidem ære graui & expenso, rudi ac informi: postea

uerò

A uerò ſignato, pecudū nota, unde & pecunia dicta, autore Plinio lib. xxxiij. cap. iij. ſub Ser. Tullio ſexto Romanorum rege. Deinde argento uſus eſt. Argentum autem (ut idem ait eodem loco) ſignatū eſt anno urbis CCCC LXXXIIII. Q. Fabio CO S. quinq; annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarius pro decem libris æris, quinarius pro quinque, ſeſtertius pro dipondio & ſemiſſe. Hæc Plinius. In quibus quidem uerbis (ut hoc obiter notem) impudens eſt mendum in omnibus, quotquot nos uidimus exemplaribus, D pro CCCC, quod quidem ex hiſtoria Romana notius eſt, quàm ut probatione indigeat. Et ipſe Plinius tam diligenter, ne error hîc incidere poſſet, tot circunſtantijs munierat, nominato ad hoc COS. indicato etiam bello. Non fuit tam ſtupidus Plinius ut centum annis aberrarit in hiſtoria omnibus manifeſta. Verùm hodie Plinium ita plurimi emendant, ut floſculos orationis, & argutias, quantum ad eius autoris breuitatem attinet, diligenter excutiant, quod e-
B go quidem neutiquam reprehendo, imò laudo: cæterùm ubi uel temporum uel ponderum ratio incidit, aut aliud quippiam, quod plus laboris, quàm ut leuiter conſideretur, indiget, aut denique quod alij notarunt, id ſanè oppidò negligenter tractant. Sed ea eſt huius tempeſtatis calamitas. Nunc ad rem redeo. Ex hoc Plinij loco ſatis liquet, quaternos ſeſtertios unum æquaſſe denarium, ita ut ſeſtertius nummus fuerit denarij quadrans. Nummus autem & ſeſtertius idem erant, ut luculentiſſimis exemplis probat Budæus: quanquàm κατ' ἐπέκτασιν, nonnunquam nummum ſeſtertium legimus. Eodem modo & drachma & denarius pro eodem, ut probat idem Budæus ex autoribus nō uulgaribus. Vbi notandum (quod & Leonardus à Portis ſcriptis prodidit) triplicem olim fuiſſe apud Romanos denarium. Vnum ſextulæ pondere, hoc eſt, quaternûm ſcrupulorum, cùm drachmæ pondus terna habeat ſcrupula. Hic igitur denarius tertia parte grauior drachma erat. Eorum porrò denariorum 6000 imple-
C bant ita magnum talentum, LXXX minarum: quemadmodum drachmarum 6000 implent minus talentum, LX minarum. Huiuſmodi denariorum LXXII ex libra argenti ſignabantur. Alterum denarium fuiſſe, quorum ſeptem in unciam ueniebant. De hoc apud Cornelium Celſum lib. iiij. cap. xij. & apud Plinium lib. xxxiij. cap. ix. ubi ait, Iuſtum eſſe ex libra argenti LXXXIIII ſignari denarios. Cùm enim libra Romana duodenûm unciarum, habeat XCVI drachmas, ſi ſingulis uncijs ſinguli detracti fuerint denarij, relinquentur LXXXIIII denarij ſiue drachmæ. Tertium fuiſſe denarium uerè drachmæ pondere, quorum in uncia VIII, in libra Romana pecuniaria centum, ut in mina græca. Hi utique frequentiores, ac poſtea ſub Cæſaribus inclaruerunt, poſteaquàm Romana potentia in Aſiam, Aegyptum, ac in totam Græciam penetrauit. Hic ſupputationibus noſtris longè aptiſſimus, ſiue talentum tractabimus, ſiue de ſeſtertio aut Minis fiat ſermo: denicp initiantibus nullam confuſionem generabit, ut nuper quidam nobis noua editione ingeſſit. Seſtertius igitur

D masculino genere (ut eò, unde digressi sumus, reuertamur) argenteus erat nūmus, denarij siue drachmæ quadrans. At sestertia singula, pluratiuo numero, & neutro genere, singula millia sestertiorum siue nummorum significant: dicta, sicut sestertius duos asses & semissem significat, ita illa duas libras & selibram argenti singula ualerent. Quare quadringena sestertia, & quadringenta millia sestertiorum siue nummorum, pro eodem, ac sine ullo discrimine significatus, antiqui dixerunt. Libram porrò pecuniariā, centenûm drachmarum, ut Atticam minam, hîc intelligimus, quemadmodum antea sæpe dictum est. Non sum nescius Leonardum à Portis scripsisse, sestertium nummum genere masculino, æreum fuisse: Budæum autem argenteum asserere. At Plinij uerba quæ paulò antè adduximus, pro Budæo faciunt. Argentum enim signatum ait Quinto Fabio COS. Aes longè antea sub Seruio Tullio. Adijciendum etiam hoc loco præter morem & consuetudinem nostram, non admodum certum esse, ad-
E diderint ne perpetuò autores distributiua, quæ uocant, adiectiua, citra tamen distributionem, hisce sestertijs pluratiuo numero dictis, ut alijs solent adhibere tantùm pluralibus, binas ædes, bina castra, ita bina sestertia dicendo. Poëtas excusat carminis necessitas, unde non satis firma ratio sumi potest. Soluta oratione loquentes numerorum signa refellunt, ut ne inde etiam quicquam certi ac solidi affirmare audeamus. Nam ut autorum uerba adducimus, qui in sententia pertinax esse uolet, dicere queat distributiuè legendum, quod ego simpliciter lego: ut hoc Plinij libro decimo, cap. 51. Sexcentis sestertijs Aesopi Histrionis patinam taxatam. Nota breuitatis ita habet, DC HS. quæ nihilominus sexcenis sestertijs legas atque sexcentis. Item apud eundem lib. xxxiij. capite secundo: Ius annuli ne cui esset, nisi cui ingenuo ipsi patri auoq; paterno sestertia quadringenta census fuisset. Notæ breuitatis ita habent, HS CCCC. quæ, quemadmodum iam diximus, utroque sanè modo quadrin-
F gena & quadringenta legeris. Martialis, sex, decem, uiginti, centum sestertia, identidem dicere solet: item alij. Verùm contra pertinacem nihil probaueris. Ego Budæum latinitatis obseruantissimū uirum ita locutum uideo, ut Poëtæ solent, in quo corruptio tam properè inducta, non recipit excusationem, ut in uetustis autorum codicibus. Ita minimè reprehendendum existimo, qui quadraginta sestertia dixerit. In numero singulari fortè in genitiuo ac ablatiuo reperias, sed cum aduerbijs: de quo loquendi modo nunc dicendum. Quoties igitur autores per aduerbia loquuntur, ibi tum centena millia intelliguntur: ut, decies sestertiûm, id est, decies centena millia sestertiorum. Ortus est autem ille loquendi modus apud antiquos ex sermonis compendio, ut est ille: Quarto Calendas, id est, quarto die ante Calendas: quinto Idus, id est, quinto die ante Idus. Poëtæ uerò adhuc breuius aduerbia sola proferebant: ut, uno carmine Martialis libro primo ad Calenum, uicies, centies, & millies protulit: ubi centena millia sestertiûm intelligas oportet in

singulis

A singulis hisce aduerbijs. Id autem considerandum, nunquam infra denarium sic illos loquutos esse: neque enim uel octies, uel nouies sestertiûm dicunt, sed uel per millia nummûm, uel millia sestertiûm, loquuntur. Atq; illa loquendi ratio per genitiuum pluralem, fuit omnium frequentissima. Est præterea tamen per genitiuum ac ablatiuum singulares, loquendi modus apud Latinos autores. Cornelius Tacitus lib. xvi. de Nerone loquẽs: Cladem Lugdunensem (inquit) quadragies sestertio solatus est princeps. Et Plinius Iunior lib. iij. Epistolarum ad Caluisium, sestertio tricies dixit. Item Valerius Maximus lib. ix. sexagies sestertio. Cicero uerò II Philippica, sestertij centies protulit. Tacitus lib. xij. sestertij ter millies. Si contrarium apud autores reperias, scito id communi librariorum errore accidisse, qui ea numerorum uerba, quæ notis scripta fuerant, uel una uel altera syllaba (ut Budæi uerbis utar) dimidiata, integra transscripserunt, nec numerandi antiquam rationem, nec latinè loquendi tenentes. Toto igitur
B hoc capite in summa tria diximus. Primum, quòd sestertius singulari numero, genere masculino, sit idem quod nummus, & numisma argenteum. Secundò, quòd sestertia pluratiuo numero, & genere neutro, singula dicantur millia sestertiorum. Tertiò, quòd per adiecta aduerbia supra denarium numerum, centena millia intelligantur sestertiorum: ita ut sestertij genere masculino, sint uelut milites gregarij: sestertia autem neutro genere, plurali numero, uelut Chiliarchæ millenariorum sestertiorum: denicq; aduerbia adiecta, uelut grandes Centuriones super Chiliarchas. In typo sanè hoc sequente quatuor uides, siue columnas siue ordines dicere malimus, in quibus æreorum nomenclaturam primùm posuimus aduscq; maximum Romanorum numerum, qui centenûm millium est, autore Plinio. Secundo ioco latinè loquentium morem expressimus. Tertio, uulgato numerandi adiecto modo, rem clariorem facere annixi sumus. Vltimo margine partim ipsa numismata, partim expositionem eorum quæ in
C secundo ordine oppidò concisè dicuntur, adponere placuit. Lector boni consulat nostrum laborem.

POSITIO IN NVMERVM SIGNATAE *pecuniæ in asse & sestertio.*

AES.	ARGENTVM.		
As unus			
2 asses & semis	Sestertius unus. HS	1	
5 asses, quinarius	Duo sestertij	2	
7 asses & semis	Tres sestertij	3	
10 asses siue æris	Quatuor sestertij, &c.	4	Denarius Romanus, siue drachma.
25 asses siue æris	Decẽ sestertij siue nūmi	10	
50 asses	Viginti sestertij	20	
75 asses	Triginta sestertij	30	Aureus Rhenensis.
100 æris, id est, assium	Quadraginta HS	40	Coronatus Francicus solaris.


D 250 æris, i. assiũ	Centum sestertij siue nummi	100	*Aureus Romanus.*
500 asses	Ducenti sestertij	200	
750 asses	Trecenti sestertij	300	
1000 æris, i. assiũ	Quadringenti sestertij	400	
2500 æris	Singula sestertia	1000	*Mille nũmũm uel sestertiũm.*
5000 æris	Bina sestertia	2000	*Duo millia nũmũ uel sester.*
7500 æris	Terna sestertia	3000	*Tria millia nũmũ uel sester.*
25000 æris	Dena sestertia	10000	*Decẽ millia nũmũm uel sester.*
50000 æris	Vicena sestertia	20000	*Viginti millia sestertiorum.*
75000 æris	Tricena sestertia	30000	*Triginta millia nummũm.*
250000 æris	Centena sestertia	100000	*Centum millia nũmũm uel sestert. Et hic erat maximus Romæ numerus, autore Plinio lib. 33. cap. 10.*
500000 æris	Ducena sestertia	200000	
	Trecena sestertia	300000	
Maiorem æris summã haud facilè opinor reperias. Si tamen quis promptè ac faciliter sestertiorũ summas in asses resoluere uelit, diuidat quamlibet sestertiorum summam per quatuor (tot enim denarius habet sestertios) ac producti per decem multiplicet (totidem enim denarius habet asses) & subitò emergent æris asses. Erit autem is modus haud paulò simplicior ac leuior, quàm si per minutias, ut uocant, summas diuidere coneris.	Decies sestertiũm	1000000	*Decies centena millia sestert.*
E	Vndecies sestertiũm	1100000	*Infra decem enim per aduerbia non sunt locuti ueteres.*
	Duodecies HS	1200000	*Neq; uerò certum est dixerint ne unq̃ mille sestertia.*
	Vicies sestertiũm	2000000	
	Tricies sestertiũm	3000000	
	Quadragies HS	4000000	
	Centies sestertiũm	10000000	*Centies centena millia sestertiorum.*
	Ducenties HS	20000000	
	Trecenties HS	30000000	
	Millies sestertiũm	100000000	*Millies centum millia sestertiorum.*
	Bis millies HS	200000000	
	Ter millies HS	300000000	
	Decies millies HS	1000000000	*Decies millies centum millia sestertiorum.*
	Vicies millies HS	2000000000	
	Tricies millies HS	3000000000	
F	Quadragies millies HS	4000000000	

Extremam hanc summam, maximam uocat Budæus, ultra quam ne ludicra quidem hominum uota procedere soleant, etiamsi immensum quid, maiusq; omni auri conceptaculo exoptare contendant. Denarios ex sestertijs elicere facillimum est. Quamlibet enim sestertiorũ summam per quatuor diuidas oportet, & mox denariorum summa emerget. Quicunque igitur duo nostræ ætatis numismata cognita habet, Coronatum solarem Francicum, ac aureum Rhenensem, is nullo negocio, in quacunq; tandem regione degat, suæ patriæ monetam, id quod huius commentationis finem esse uolumus, expediet.

De

A DE AESTIMATIONE ROMANAE MONETAE AD nostræ tempestatis numismata. CAP. XIIII.

BVdæus immortale Galliæ nostræ decus ac ornamentum, æstimatione argenti non signati ad signatum facta, quæ ipsius fuit tempore, hoc tandem lib. ij. de Asse inuenit, Coronatum Francicum solarem respondere quadragenis nūmis siue sestertijs, denis uerò drachmis siue denarijs. Erit igitur sestertius Coronati solaris quadragesima pars. Ita de aureo Rhenensi dicendū, quorū quaterni cōmuniter respondent ternis Coronatis solaribus, quanquā meliores & multò grauiores sunt. Venirent igitur XXX sestertij nūmi pro aureo Rhenensi: atq; sestertius nūmus ita fuerit tricesima pars Rhenensis aurei, sicut Coronati quadragesima. Hanc sanè Budæanam rationem etiam in his regionibus Germaniæ ac Rheni publica argenti æstimatio probè obtinet, maximè quæ facta est anno à IESV Christi natali M. D. XXXVIII. de
B qua in sequentibus plura dicturi sumus, quanquam uulgò multò pluris nunc permutatur. Verùm hoc Lectorem commouere non debet. Iudæi, trapezitæ, usurarij, ac id genus hominum, aliam habent in accipienda, aliam in exponenda pecunia rationem: atque utinam etiam principum edicta non aliquando in hanc iniquitatem inciderent, id quod auaritia uel fortunæ tempestate sæpe fieri uidemus. Mundi calamitas ac temporum iniuria nōnunquā etiam probos principes impellit, ut monetam longè, quàm uellent, leuiorem excudant. Sed ea hanc nostram cōmentationem nihil impedient, quin publicam æstimationem iustè factam amplectamur. Posito igitur hoc fundamento de Coronato solari ac aureo Rhenensi, quæcunq; apud autores latinos obuenerit summa, uel sestertiorum uel denariorum, apud Græcos uerò drachmarum: nummorū quidem siue sestertiorū per XL, si quidem Coronatos solares, per XXX uerò si aureos Rhenenses habere uoluerimus, diuidas oportet. At denariorū ac drachmarū per decem se-
C cabitur summa, si quidē Coronatos solares habere uolueris. Sed huius rei, ut memoria iuuetur, hūc typulū subijcere placuit, oppidò ut puto utilem.



Decem Coronatos solares in Minam siue libram centenariam ponimus. Vnus igitur Coronatus solaris, decima libræ pars, est uelut seminarium huius supputationis. Idem ille Solaris unus centum habet æris, id est, asium. As igitur centesima pars erit Coronati solaris, millesima autem libræ. Eodem modo quadraginta sestertij in eundem ueniunt Coronatum, ubi 400 sestertij in Libram centenariam, qui mille faciunt æris, id est, asium. De denarijs idem est iudicium, deni in unum solarem

D Coronatũ, centũ in denos Coronatos, ubi proportio decupla. Sed in quarto ordine ad tertiũ est dupla sesquipla: sestertia enim singula II libras ac semissem continent. Eadem porrò 25 Coronatos, denarios 250, æris 2500, denique mille nummũm. Quocirca ut mille æris una libra est, ita mille nummũm duæ libræ & semis. Et ut centum æris unus Coronatus est, ita centũ sestertij sunt duo Coronati & semis. Vnde quatuor hæc, as, denarius, Coronatus, ac mina, pulcherrimo ordine duplã proximi cuiusq; ad proximũ seruant rationem. Decem asses denarius est, decem denarij Coronatus, decem Coronati mina siue libra centenaria. Vnde centena millia asium, qui fuit maximus census Romæ sub Ser. Tullio rege, faciunt decem millia denariorũ: rursus 10000 denariorũ, M efficiũt Coronatos: postremò M Coronati centum minas. Et contrà, libra centenaria decem habet Coronatos, Coronatus decem denarios, denarius decem asses siue æris. Nam in populi Rom. classibus, facta à Tullio rege diuisione, Liuius per millenos æris,
E Dionysius autẽ cẽtenis drachmis incedit. De notis sestertiorũ uel masculino uel neutro genere, plurali numero, nihil admodum Budæus: aliquid Leonardus, nihil tamen certi. Priscianus de ponderibus ita inquit: As est nũmus libralis, & per Ł perscriptam notatur. Dupondius nũmus est bilibris per duas ŁŁ perscriptas. Sestertius, nummus duarũ semis librarũ, per duas LL & S, ex qua incipit semis perscriptas ŁLS. Vnde dicitur sestertius semis tertius. Hæc ille. Ex hisce sanè uerbis nihil discriminis reperias inter sestertios ac sestertia, aut inter libras æreas ac argẽteas. Quidam putant æreas libras, hoc est, sestertios, tertia uocali duplici, ac S litera connexa, Romanos indicasse, hoc modo ℍS: sed sestertia pluratiuo numero, prima semiuocali duplici (nam libræ nomen ab ea incipit) ac S, hoc modo ŁLS. Verum quòd tertia uocalis I maiuscula, à prima semiuocali maiuscula pedis duntaxat L protractu distat, inde apud Romani moris ignaros facilè eam corruptionẽ incidisse. Idem de denario dicendũ, qui per X,
F sed transuersa uirgula notabatur, hoc modo �X. Verũ ea forma in stellã incidit, unde & in uetustis codicibus denarius stellæ signo inuenitur.

SYLLOGISMVS ALIQVOT SVMMARVM,
maximè ex libro secundo Budæi de Asse.

Leges sumptuariæ Romæ ante Syllam
10 æris — *Tantùm in cenam singulis insumere diebus licebat.*
1 denar.
30 æris — *Decem diebus in singulis mensibus.*
3 denarij.
100 æris — *Ludis Romanis, plebeis & Saturnalibus, centussis erat. Persius: Et centum Graecos curto centusse licetur.*
1 Coro.
25 æris — *Colaphi incussionis poena, apud Gellium lib. xx. cap. j.*
1/4 Coro.
300 ℍS — *Tiberius Cæsar ac Caligula congiarium viritim dederunt.*
10 Aur. Rhenenses.

A	40000 æris	Dos Cn. Scipionis filiæ data è publi co ærario.
	400 Cor.	
Centum millia æris	100000 æris	Maximus census Romæ.
	1000 Cor.	
	15000 æris	Tanti damnatus Camillus.
	150 Cor.	
Sex millia nummûm	6000 HS	*Sex sestertia vocat Martial. lib. vj. ad Patum. Tanti mullum piscem emptum scribit Iuvenalis Sat. iiij.*
	150 Cor.	
Octo millia nummûm	8000 HS	Meminit Plin. lib. ix. cap. xvij. tanti mullum emptum.
	200 Cor.	
Cor. Tacitus lib. xi. uocat dena sestertia, quæ Martialis decẽ,	10000 HS	Decem sestertia ait Martialis lib. xi. ad Æ tum.
	250 Cor.	
Viginti sestertia	20000 HS	Tanti emptus coruus qui Augustum salutauerat Imp.
B	500 Cor.	
Quadraginta sestertij	40 HS	
	1 Cor.	
Quadringenti sestertij	400 HS	Libra Romana.
	10 Cor.	
Quatuor millia sestertiorum	4000 HS	
	100 Cor.	
Quadragena sestertia	40000 HS	
	1000 Cor.	
Quadringenta sestertia	400000 HS	Census legitimus equestris. Nero in punctum aleam lusit.
	10000 Cor.	
Quadragies sestertiûm	4000000 HS	Nero Lugdunensem cladem solatus est.
	100000 Cor.	
Quadringenties sestertiûm	40000000 HS	Furta Verris, & Paulinæ Lolliæ M. Lollij neptis ornatus.
C	1000000 Cor.	
Centies sestertiûm	10000000 HS	Vnio Cleopatræ. Virgilij census.
	250000 Cor.	
Sexcenta sestertia	600000 HS	Æsopi Tragœdici Histrionis patina. Plin. lib. 10. cap. 51.
	15000 Cor.	
Octingenta sestertia	800000 HS	Census senatorum ante Augustum.
	20000 Cor.	
Quingenta sestertia	500000 HS	Census equestris auctus.
	12500 Cor.	
Ducẽta quinquaginta sestertia	250000 HS	Stipendium medicorum Romæ.
	6250 Cor.	
Duodecies sestertiûm	1200000 HS	Census senatorum Romæ ab Augusto auctus.
	30000 Cor.	
Bis millies sestertiûm	200000000 HS	M. Crassi diuitiæ.
	5000000 Cor.	

DE TALENTO. CAP. XV.

TAlentum, autore Festo, multiplex fuit: sed Atticū minus, quo ferè Latini ac Græci autores utuntur, sex millium denariorū est. Suidas autem talentum minarū LX esse dicit: minam autē drachmarū centum, drachmā porrò sex obolorū: quæ inter se cōparata bellè cōueniunt. Drachmā sanè ac denariū idem pondus habere ex superioribus patet. Itaq; si 6000 denariorū per 100 diuidas, emergēt 60 minæ: sin per 10 seces (ualet enim Coronatus solaris denis drachmis siue denarijs) habebis 600: tot enim Coronatos, his autoribus, dabimus talento Attico minori. Cæterū diligenter notandū censet Budæus, quoties autores de talento absq; addito epitheto loquantur, tum eos perpetuò de minore talento sexagenarū minarum intelligere. Quoties uerò de alio quopiam loquuntur, tum addere uel numerū, uel patrium nomen: ut Liuius lib. viij. decados iiij. de Antiochi fœdere: Argenti probi XII millia Atticûm talentûm dato intra duodecim annos pensionibus æquis: talentum ne minus pondo LXXX Romanis ponderibus pendat. Non necessum habeo in præsenti Epitome recensere, quàm multiplex olim talentum fuerit, quamq; uarium apud autores prodatur: tum longè minus, quantum unumquodq; librarum, quantum pol drachmarū: infiniti enim laboris fuerit, emolumenti non admodum magni, quod optimo iure ante nos etiam Budæus conquestus est. Lector non melius fecerit, quàm ad talentum Atticum minus acriter animū intendat, reliqua ex eiusdem collatione facilè intellecturus. Faciunt Euboicum proximè ad Atticum minus accedere, esse quippe 56 minarum cum besse: deficere igitur ab Attico minore, tribus minis ac triente. Babylonicum LXX minarū esse: ita Aegyptiacum, siue Ptolemaicū id dici oporteat. Atticū maius LXXX. Aeginæticum C. Addunt alij & Hebraicū esse duplex, ut Atticum: & minus quidem ad Atticum minus, duplum, hoc est, minarū CXX. maius autē nō ad Atticū maius, sed ad Hebraicū minus, duplū, ut sit minarū CCXL. Atqui ineptus sanè sim, si hæc longius prosequar, itaq; desinam nūc Lectori esse molestus, & ad eximia aliqua exempla, ex optimis ipsa selecta autoribus, quæ ad reliqua plurima Lectori usui esse possunt, diuertam. Carthaginenses igitur (ut ab ijs, quæ ad finem libri primi Polybius refert, ordiamur) finito primo bello Punico coacti sunt Romanis soluere 3200 talentûm. Quæ si per 600 Coronatos multiplicauerimus, summa erit 1920000 Coronatorū. Ad hæc uidebant Romani aliquod ius, nempe belli, habere. Verū cùm Carthaginenses ib. per iniuriam Sardiniam quoq; eripuissent, ne bello à Romanis incesserent, Aphrico bello fessi ac fracti Carthaginenses, tempori cedentes, 1200 talenta insuper miserunt, ea faciunt 720000 Coronatorū. Porrò finito deinde secundo bello Punico, quod duce Hannibale Carthaginenses aduersus populum Rom. gessere, 10000 talentûm pénderе iussi sunt: ea efficiunt auro huius seculi 6000000 Coronatorū. Magno autē Antiocho Asiæ rege deuicto, Scipio superior Africanus pro impensis in bel-

A in bellum factis postulauit 15000 talentûm Euboicorũ, quæ si Attica erãt, summa fuerat nonagies centena millia Coronatorũ. Porrò cùm in mentẽ uenit Matthæi XVIII summa, quã seruus domino debuisse dicitur, μυρίων ταλάντων, id est, decem millium talentorũ, immensa sanè & nulli satrapæ tolerabilis, nedum seruo, ut qualem Carthaginenses secundo bello Punico pensionibus æquis in annos L soluere iussi erant. Quare eo in loco pro ταλάντων, puto ab Euangelista scriptũ δηναρίων. Vnde elegantissimè procedet cõparatio, quã Christus facit, decẽ milliũ denariûm ad ducentos denarios. Ingens adhuc summa pro seruo etiã frugi, sed qua demõstret, immensum quiddam remissum seruo à domino, ut Deus nobis peccata remittit: oportuisse igitur & seruum multò minorem summam cõseruo remittere. Hæc simplicissima uisa est nobis ratio hunc locum excusandi. Nam quòd dicere quis possit, Christum immensam summam indicare uoluisse, posse igitur legi μυρίων ταλάντων: ad hoc ego dico, aliud esse ingentem ponere summam, aliud incredibilem: cum nemine tamen ea de re certauero. Ego pro seruo ingentẽ puto summam 10000 denariûm, utpote mille Coronatorũ. Est autem & aliud effugium ad hunc locum excusandum. Eupolemus quidam apud Eusebium in iiij. lib. de Præparatione Euangelica, ait talentum
B pro siclo aliquãdo accipi, hoc est, quaternis denarijs siue drachmis: ita summa huius serui crescceret in quatuor millia Coronatorũ, quantũ uix quisquam ex seruo ac tota familia sperarit. Hoc siclare talentum apud Poëtarum principem Homerum satis indicatur Iliados ψ in funebri agone primo, ad Patrocli sepulchrum: ubi quartum donum duo auri talenta produntur, post lebetem ac equam mulo grauidam. Nec secus Maro Homerum secutus in v. Aeneidos, ubi Seruius admonet minutum quid per talentum designari. Lector quid potissimũ sequendum sit dispiciat, Nos ea Theologis discutienda relinquimus.

DE ANALOGIA AVRI AD ARGENTVM. CAPVT XVI.

C REs est dubia, & oppidoquàm difficilis, à multis eximijs tractata uiris. Meminit eius Budæus profusissimè lib. 3. de asse. Meminit & Leonardus à Portis, sed obiter: ne nobis quidem omnino silentio transeunda uisa, quin aliquid ea de re in mediũ adducamus. Scire igitur in primis conuenit, auri ac argenti æstimationẽ ferè à principum edicto pendêre, penuria aut abundantia earum rerum ita nõnunquam cogente, quod quidem nulla nõ ætate uariè fieri uidemus. Fuit enim aliquando, cùm auri uncia uix octo argenti uncijs ualeret: fuit item cùm decem ualeret, quod ex Liuio lib. viij. decados iij. tum ex alijs autorum locis & Budæus & Portius ostendunt. Tandem ad duodecim & semis peruentũ, uidelicet cùm aureus Romanus didrachmus, id est, duarũ drachmarũ, ualeret centum sestertijs nummis, qui faciũt XXV drachmas. At uigintiquinq; drachmæ ad duas drachmas proportionẽ faciunt duodecuplam ac sesquialteram siue sescuplam. Porrò deinde iniquitate uel

D temporũ, uel mensariorum, aut principum denicq; auaritia, ad XV usq; peruentũ. Sed duodenaria ratio plurimũ euicit priscis temporibus, ac hodie quoq; in usu est, ut una uncia auri æquet XII argenti uncias, hoc est, librã, item libra auri, duodecim argenti libras: & in reliquis ad eundem cõiectandum modum. Cæterũ id etiam magnopere animaduertendum, quippe in quo huius analogiæ maximũ pendet momentũ, plurimũ hîc differentiæ accidere, quòd aurum nõ eiusdem est indicaturæ, atq; inde prorsus euenire, ut uncia melioris indicaturæ plures uncias argenti in æstimatione ac cõparatione postulet. Quod ut Lectori clarius ostendere queam, aliquot huius seculi numismata cùm argentea, tum aurea tractabimus, tum edicta publica, & auri incrementa, quæ mea ætate per annos L acciderunt, quæ ipse uiderim, breuiter narrabo. Lectori fuerit hoc ut historiæ accessiuncula, ad releuandum tædium inducta. Nam id ea potissimũ ratione facimus, ut de sua quisq; regione, in qua uel natus est, uel uiuit, eadem ipse secum e-
E tiam atq; etiã consideret. Anno à IESV Christi seruatoris ac redemptoris nostri natali circiter M. CCCC. XCIX. Bernates amplissima Heluetiorum ciuitas, nummum excuderunt, altera parte insigni urbis suæ urso, quem uetere Celtarum lingua, qua Heluetij etiamnum utuntur, Batz uocant. Eos mox alię Heluetiorũ urbes secuti, Tigurini, Lucerini, ac Salodorenses, celebrem omnino eum nummũ fecerunt. Sed in aureũ Rhenensem eorum nummorũ XVI numero publicarunt. Germani mox secuti Heluetios, maximè qui à Vindelicis ad lacum Acronium pertingunt, quinos denos pro aureo Rhenensi, uicenos pro Coronato solari, denicq; quinos pro argenteis illis Mediolanensibus (Capita uocant, siue Testones, de quibus postea) excuderunt, ac mox ijs nummis, prisco tamen siue ursi, siue batzonis retento nomine, totam regionẽ quæ ad Danubij ac Rheni fontes est, cum aliquo eorũ fluuiorũ tractu, intra paucos annos impleuerũt. At nostra nunc demũ ætate per totam etiam Germaniam celebres sunt ac noti.
F Vnde & hodie quinideni ursi pro aureo in monetæ appellatione manent per totam adeò regionem. Vt aliud sit in hisce Rheni ac Danubij regionibus, si aureum, aliud si Rhenensem aureum dicas. Nam per hosce XXV annos proximos, auro in tantũ accreuit ualor, ut Rhenensis aureus, hoc est numisma aureum, denis octonis ursis, Coronatus solaris uicenis quaternis permutentur, cùm antea, ut diximus, Rhenensis quinis denis, Solaris uicenis duntaxat ursis oblocarentur. Nunc, ut perueniamus quò uolumus, hæc subijcere placuit. Anno à IESV Christi natali M. D. XXXVIII, argenti puti octonaria libra, quam nunc Marcam publicè uocant, uoce nõ admodum incõmoda, aureis nouẽ publico edicto æstimata est, ac passim ita uenijt. Eodem autem anno bini Coronati solares tribus ualebãt aureis quinũm denũm ursorum: atq; ita sanè VI Solares nouem illos æquabant aureos, hoc est, Marcam. Verùm sic etiam in libram Romanã duodenũm unciarum argenteam uenirent IX Solares, qui sunt in auri uncia proportione auri ad argentum duodecupla. At quo hęc scribimus tempore, anno

quinqua

A quinquagesimo supra millesimũ quingentesimũ, quinq; Coronati solares æquabant octo illos monetæ aureos, ut uocant, quos nos quinis denis ursis circũscripsimus, ita ut hoc pacto de Marca, hoc est, sex Coronatis, unus Coronatus restans, sesquiaureum sesquiurso excedens, augeat priorem IX aureorũ æstimationẽ dimidio plus aureo, quantũ hodie ualet. Vt igitur nouem Coronati solares uncia est auri, ita nouẽ ĩjdem, argenti libra duodenaria: manet ergo etiamnũ hac ætate auri ad argentũ ratio duodecupla. Nihil noui scribo: hæc in Gallia, Germania, & Italia, ac passim in omnibus regionibus fieri singulis propémodũ lustris uidemus, in hoc à nobis cõmemorata, ut excitem quosdam, in alĩjs quidem rebus excellenter doctos, in his uerò adeò stupidos, ut idiotis ac pueris similiores, quàm eruditis uiris uideantur, cùm tamen hæc res magnã lucem plurimis locis in optimis quibusque autoribus sit allatura. Verùm quod de auri uaria indicatura diximus, ac proinde de non æquali ualore auri in partibus libræ aureæ ad argenteam, id in duobus nummis aureis ostendere uisum est operæpreciũ,
B nempe in ĩjs quos toties hoc capite nominauimus, Coronato Francico solari siue solato, & aureo Rhenensi. Anno, ut diximus, Domini M. D. L. Coronati illi solares ualebant in hisce Germaniæ ac Rheni partibus uicenis quaternis ursis, aurei autem Rhenenses denis octonis, cùm tamẽ solati illi ternis duntaxat granis põdere ipso superent illos. Pendit enim Rhenensis LXI, Solatus uerò LXIIII grana. Valor autem Coronati sex ursis uincit Rhenensem, qua ratione unum granum binos pareret ursos, quum alioqui granum dimidium non æquet ursum. Sanè ut nouem Coronati, auri unciam pendunt, & seruata duodecupla proportione libram argenti æquant, ita duodecim Rhenenses aurei, librã eandem argenti ualent quidem, at pondere longè superant nouẽ Coronatos. Illi enim grana pendunt 732, cùm nouem Coronati 576 duntaxat. Differentia 156 grana, quæ quidem grana superant duorum Coronatorum grana 28 granis. Quòd si secundùm pondus etiam indicatura æqualis esset, undecim Coronati solares non æquarent duodecim Rhenenses, cùm nouem Coronati ualore æ-
C quent nunc duodecim. Hęc in alĩjs aureis numismatis studiosum inquirere pulchrum est, quia oppidò utile.

DE AVREA MONETA TVM VETERE tum noua. CAP. XVII.

AVreus nummus (inquit Plinius) post annum LXII percussus est, quàm argenteus, ita ut scrupulum ualeret sestertiĩs uicenis, quod efficit in libras ratione sestertiorum, qui tunc erant, sestertios DCCCC. Post hæc placuit XLV signari ex auri libris, paulatimq; principes imminuêre pondus, minutissimè uerò ad XLVIII. Hæc ita Plinius satis accisè in re tanti momenti: quanquam corruptum locum cùm Portius, tum Budæus rectè indicarunt. De re illi quidem nummaria locuti, ego uerò etiam annorum numerum suspectum habeo. Nam LXII annus post Q. Fabium Pictorem incidit in decimum secundi belli Punici

D annum, quando respublica Romana iam satis afflicta degebat: nisi quis ex Tarenti manubijs (eo enim anno Q. Fabius Dictator eam urbem cepit) tantum auri aduectum credat. Sed ad rem nummariam redeo. De primo quidem numero, ut scrupulum auri ualeret sestertijs uicenis, si quindecuplam auri ad argentum rationem admittimus, non est absurdè dictum. Nam in uncia octonæ sunt drachmæ, in drachma scrupula terna, qua ratione scrupulum capit sestertium unum, ac eius præterea trientem, quum drachma quaternis ualeat sestertijs. Vnde in idem ueniunt XX sestertij ac XV scrupula, ut rectè colligit Budæus. Quanquam id etiam sic facilius colligitur: Viginti sestertij nummi æquãt quinq; drachmas, quinæ porrò drachmæ, quindecim scrupula. Sed comparatio Plinij est unius auri scrupuli ad uiginti sestertios, est igitur & ad quindecim scrupula argenti. Ex quo sequitur quod diximus, auri ad argentum esse proportionem quindecuplam, ex hisce adeò Plinij uerbis. Quot uerò aurei nummi hoc mo-
E do in libram uenerint, nõ explicatur. Porrò sequentia Plinij uerba, Quod efficit in libras ratione sestertiorũ, qui tunc erant, sestertios DCCCC, utinã tam facilè corrigi possent, quàm certum est ea corrupta esse. Tentatum à multis, sed haud scio quàm feliciter. Id etiam cogitandũ Lectori, quare Plinius adiecerit, Qui tunc erant. Nam id non intelligo. Quæ deinde sequuntur uerba, pro XLV, Budæus existimat L legi posse: quinquaginta enim aurei didrachmi, sic pulcherrimè in libram centenariam uenient. Quòd si tamen XLV legatur, aurei illi didrachmis IX plus granis grauiores erant. Bis enim XLV effciunt duntaxat XC drachmas, supersunt autem sex drachmæ, quæ per 72 multiplicatæ, producunt grana 432. quibus desunt 18 grana, ut in singulos aureos decem grana fierent per diuisionem 45. Alter numerus XLVIII probè quadrat, ut didrachmi in Romanam libram 48 ueniant, qui faciunt 96 drachmas, quot sunt in libra Romana. Quibus si adijciatur semuncia quaternûm drachmarum, e-
F uenient quinquaginta aurei in Minam Atticam, aut libram centenariam Romanam, ut annotauit Budæus. Mirum autem quòd tam mendosè Plinij codices legantur. Ad hos enim proximos iam commemoratos numeros, in priore pro V, in posteriore pro III, posuerunt non attenti librarij M. deinde integrè describendo fecere millia: quod pueri notare potuissent, si quidem rem intellexissent. Quales enim, imò uerò quãtuli aurei futuri erant, ex una libra 45000 aureorum? Sed ita hodie legitur Plinius. Hæc deinde ratio, ut 48 in libram Romanam aurei didrachmi uenirent, multis ætatibus permansit, & L in Minam Atticam, donec ruente iam Imperio, etiam hac parte pessum iret publica fides ac Imperij maiestas. Hac ratione in Marcam uenirent aurei Romani didrachmi 32. quemadmodum hodie 32 Rosati Anglici Nobiles. Valebat autem centum sestertios didrachmus Romanus aureus, quantum hodie duo Solati & semis ualent, quamuis sestertius Solatus superet didrachmum Romanum 16 granis, tantùm tamen Romanus indicatura superat. Fuere & apud Romanos tri

drachmi

Haud dubiè corrupta sunt. Ea ita legẽda censet Georgius Agricola: Quod efficit in libras ratione sestertiorum, qui tunc erant, sestertios V DCC LX. quæ lectio summè placet. Nam si XII, quot sunt in libra Romana, uncias multiplicaueris per 24. quot sunt in singulis unciis scrupula, continuò emergent 288 scrupula, quæ rursus multiplicata per 10 sestertios, producet 2760 sestertiorum, ut rectè supputauit Agricola.

A drachmi & tetradrachmi, quemadmodum apud Græcos. Facti tandem drachmales sub Alexandro Imperatore Mammeæ filio, ut in eius uita cõmemorat Lampridius, semisses aureorum uocans. Huic drachmali proximè nostra ætate accedit Hungaricus aureus ac Venetus, defecti senis plus minus granis. Deinde magis ac magis etiam aliæ Italorum urbes ac reguli imminuêre, donec in Gallia ad 64 grana deuenerit, qui hodie uulgatissimus est Coronatus solaris, & ad 61 Rhenensis aureus, de quibus abundè priore capite diximus. Sed nunc tempus est, ut doceamus καθολικῶς, quotum quodq; numisma libram octonariam siue nummulariam ingrediatur. Vbi notandum, cùm in ea libra octonæ sint unciæ, in uncia autem grana 576, multiplicando ea grana per octo, sic euenient grana 4608, quæ sunt in libra nummularia, quam Marcam uulgò nominamus, ut sæpe iam dictum est. Ea uelut radix est ad id quod nunc inquirimus. Si enim 4608 per quamlibet cuiuslibet
B numismatis summam diuidas, uidebis planè quotum quoduis numisma in Marcam ueniat. Rarò autem contingit, ut non aliquid superet de rotundo numero. Eius rei praxin apponemus cum typo, si modò aliquot numismatum nostrę ætatis ualorem exposuerimus, à minimis ad maxima quæq; progressi.

Coronatus Francicus solatus drachmam habet, minus octo granis, hoc est, 64 grana, cùm drachma habeat 72.

Aureus Rhenensis undecim deficit granis à drachma: habet enim 61 grana.

Hungarici optimi siliqua deficiunt, id est, quaternis granis, nõnunquam plus.

Ducatus Venetus proxime Hungaricum accedit. Sed nostra ætate plerunque 66 habet grana.

Saltzburgensis, Ferdinãdici, Mediolanenses, proximi cum Venetis.

C Florẽtini, Genuẽses, Hispani, partim 66, partim 65 pendunt grana.

Coronati Siculi, Veneti, Genuenses ac Pontificij, grana habent 63.

Francicus autem absque sole 62 grana, decem granis à drachma deficiens, cùm illi nouem.

Regalis Francicus drachmalis minus duobus granis.

Leonini aurei Belgici drachmam pendunt ac sex grana.

Geniatus, qui & Angelotius, & aureus solidus à quibusdam dicitur, drachmam habet & scrupulum, id est, uigintiquatuor grana.

Hispanici duplares Ducati siciliquum siue binas drachmas, minus duodecim granis.

Eduuardei siue Nobiles Rosati Angli, sunt, ut diximus, uerè didrachmi, siciliqui pondere.

Alij duplares Ducati, ut uocant, Italici mirè uariant, omnes à siciliquo ut minimũ duodecim granis defecti, quidam quatuordecim, quidam pluribus.

D Stater Lusitanus siue Portugallensis nouem pendit drachmas ac uiginti grana, plus certè quàm Hungarici decem. De auri autem indicatura hæsito.

Dimidiatæ Marcæ siue quaternûm unciarum grana	2304
Integræ Marcæ siue octonûm unciarũ grana	4608
Duplicatæ Marcæ siue libræ zygostaticæ denûm senûm unciarum grana	9216
Libræ Romanæ siue duodenûm unciarum grana	6912
Semunciæ siue quaternûm drachmarũ grana	288
E Minæ græcæ siue libræ centenariæ duodenûm ac semis unciarum grana	7200

Quãlibet harũ summarũ si per cuiusq; numismatis grana diuiseris, reddet pulchrèti bi, quotũ quodq; in singulis hîc positis põderib. signari queat. Porrò ubi nihil superat, nihilq; deest, ea solida appellãt, alia mutila. Nũc typũ exhibemus, qui nostræ ætatis numismata continet. Et primò, quot granorũ sit unumquodq;. Deinde, quotũ quodq; in Marca contineatur. Tertio, quot item in Marca supersint grana. Ex alijs sunt, quæ suprà non cõmemorauimus. Hoc autẽ Lector scire debet, cõmune pondus hîc pernotatũ. Nullum siquidem numisma est, quod non in singulis aliquot uariet uno alteróue grano.

AVREORVM NVMISMATVM NOSTRAE TEMPEstatis quotum quodq; in libra octonaria.

	Pondus Grana	Eorũ in Marcam veniunt	Et superant grana
Carolæus nummus Flandrensis	54	85	18
Philippeus nũmus Fland. & Florenus Traiectensis	60	76	48
Aureus florenus Rhenensis	61	75	33
Aureus Coronatus Francicus absque sole	62	74	20
F Coronati Veneti, Siculi, Genuen. &c. Pontificij	63	73	9
Aureus Coronatus solaris Francicus	64	72	nulla
Salutiani, & ex Italicis multi Ducati	65	70	58
Hispani Ferdinãdici, Saltzburgẽses, Veneti, Riderei	66	69	54
Hungarici optimi, aliquando & Veneti & alij Italici	67	68	52
Regales aurei Francici	70	65	58
Aureus priscus, Scutum uetus	72	64	nulla
Leonini aurei	77	58	42
Velleris aurei Mouton	84	54	72
Geniatus siue Angelotus	96	48	nulla
Nummus Alphonsinus	98	47	2
Aureus Imperialis	100	46	8
Nobilis Henricanus	130	35	58
Nobilis Rosatus	144	32	nulla
Regalis Austrasianus	279	16	144
Lusitanus stater	658	7	2

Quatuor

A Quatuor Coronati ſolares & ſemis, ſemunciam auri cõtinent. Nouem Solares unciam, LXXII Marcam, bis tantum, id eſt 144, libram zygoſtaticam, centum octo libram Romanam, deniq; 112 & ½ libram centenariam ſiue Minam. In Rhenenſi aureo quia ſinguli ternis granis à Coronato ſolari deficiunt, facilè eſt ſummas ibi colligere. In uncia enim nouem aureis Rhenenſibus 27 grana deerũt, ut nouem æquent Solares. In Marca octies tantum, hoc eſt, grana 216. quæ per 61 diuiſa, efficient ternos aureos, & ſuperant 33 grana. Ergo in Marcam 75 aurei Rhenenſes euenient, & ſuperant 33 grana de Marca, in zygoſtatica duplũ, in Romana ſeſqui. Sed hæc Arithmeticæ perito facilè expediuntur. Non poſſum autem hîc reticere ambitionem illam hominum etiam doctorum, quorum ſuæ quiſq; patriæ numiſmata optima uideri uelit. Ita Leonardus à Portis Venetos ducatos, quos uocãt, ſiliqua, id eſt, quatuor duntaxat granis deficere à drachma perſuadere nititur, cùm Cerate, id eſt, ſex granis, quos nos quidem uidimus,
B cõmuniter defecti uideantur. Contrà Budæus, & quidam alij Franci, quaſi non uiderint unquam Rhenenſes aureos, ita contemptim de eis loquuntur, & ſuorum Solatorũ indicaturam tanti faciunt, ut Hungaricis æquent aureis, cùm conſtans ſit aliquorũ opinio, omnes Solatos ex Rhenanis fieri aureis, adiecto ac commixto meliore auro. Cuius opinionis ſunt argumenta nõ leuia: Primũ, quòd in Francia nullæ ſint aurifodinæ. Alterum, quòd Lugduni Franci nullum Rhenenſe aurum exportari ſinant. Tertiũ, quòd è Germania aliquot mercatores ſingulis annis multa millia Rhenenſium aureorum in Franciam ducere dicantur, cùm tamen in ea regione rari uulgò, niſi in confinibus, uideantur aurei Rhenenſes. Vnde fama frequens eſt, eos coctos, ac cum alio meliore auro tinctos, rurſus nouos prodire ſub ſcuto regio. Quòd autẽ tam celebres ſint, non eſſe ob nobilitatem indicaturæ, ſed ob cõmercium nationũ magnæ partis Europæ, cum Gallis in medio omnium iacentibus: quatuor enim maximæ nationes, Hiſpa-
C nia, Italia, Germania, ac Anglia, neceſſitudine illis ſunt deuinctæ ob ſitus commoditatem, & regionis felicitatem. Sed ſit hæc coniectura, quam puto inde, nec temerè tamen natam, cùm in Germania plures ſint quàm LX urbes ac reguli, qui Rhenenſes aureos excudunt: pro tanta tamẽ frequentia rari uiſuntur, imò exterum aurum multò frequentius in manibus Germanorum eſt. Hoc etiam annotatu dignum, quemadmodũ apud Francos nouem Solati pendunt unciam ponderum Romanorum, ita nouem Rhenenſes péndere unciam ponderum Germanicorum, duntaxat apud aurifabros: unde Romanis ponderibus in ſingulas uncias deeſſe uicena ſeptena grana. At nihil hęc ad publica pondera. Diximus hoc etiam cap. 3. ubi aliquanto grauiora ob rotunditatem ſcilicet indicauimus, ſcrupulum pro 27 granis ponentes. Sed uera radix eius ponderis ex Rhenenſi procedit aureo.

DE ARGENTEA MONETA TVM NOVA tum vetere. CAP. XVIII.

QVo tempore primùm apud Romanos signatum sit argentū, dictum est ex Plinio, huius libri nostri cap. xiij. Præter duo autem argentea numismata denarium ac sestertium primùm percussa, etiã denarij partes à Plinio produntur, Quinarius ac Victoriatus. Nam Bigatos ac Quadrigatos, denarios ueros fuisse autumat Leonardus à Portis, diuersa duntaxat nota excusos. Quinarius, dimidiũ erat denarij. Victoriatum quidam cum Quinario eundem fuisse putant: alij alium. Plinius ex Illyrico allatũ ait, postea lege Clodia percussum: nomen eius à signo Victoriæ esse. Porrò denarij partes aliæ, ut dupõdius, tressis, quadrussis, senarius, septussis, octussis, nonussis, decussis, uidentur ex argento fuisse, ut sestertius ac quinarius. At assis partes omnes ex ære hauddubiè fuere. Cæterùm omnia hæc ex denarij æstimatione pendent. In aureum enim Coronatũ solarem denos ponimus denarios, autore Budæo: unde facilè de omnibus eius partibus in omni huius tempestatis moneta iudicium fuerit in sua etiam cuiusq; patria. Sed hęc de uetere moneta. At monetæ nouæ negociũ totũ uertitur hodie in libra octonaria, quæ uulgò Marca: latinè bes libræ Romanæ rectè dicitur: ad eam sanè omnia, quę hac ætate monetarij, aurifices ac trapezitæ habent negocia, referuntur. Ea, ut sæpe iam dictũ, octo habet uncias, quibus respõdere debebãt octo nummi qui hodie Talarij uocantur, per totã Germaniã celeberrimi. Hi à uallediui Ioachimi, quę ad Boëmos est, primũ Ioachims taler uocabantur, quasi diceres nũmos excusos in uallediui Ioachimi: uallẽ enim Germanorũ lingua Tâl appellat, producta syllaba ac circũflexo accentu. Hinc Tâler denominatiuũ patriũ à uallẽ: pòst, ut in omnibus linguis fieri uidemus, ablato genitiuo Ioachims, syncopa Tâler uocari cœpti. Quemadmodum Batzones siue Vrsi, primũ Rollibatz dicebantur, postea tædio longę pronunciationis, Batz inualuit, quod hodie adhuc manet. Hi igitur Talarij unciales esse debebãt, quales diui Maxæmiliani Imperatoris hodie uisuntur. At noui nunc Talarij frequenter triginta granis deficiunt ab uncia, hoc est, scrupulo & quarta eius parte. Quanquam alij alijs grauiores, alij melioris indicaturæ, ut noui Ferdinandici, Cæsaris Ferdinandi sacratissimi Principis iussu nuper excusi. De Talarijs igitur uix quicquam certi definiri potest, cùm hodie subinde uarient. Cæterùm per Boëmiam, Saxonumq; terram, ac uicinas illis regiones primùm inclaruerunt: rari ante annos aliquot, at nunc noctuis Athenienſibus frequentiores. Pòst alterum numisma argenteum, in Heluetijs, Italia, ac per totam Galliam frequens, Caput uocant, ut antea diximus, septem ac semis scrupulorum, maximè Mediolanense Sphortiadum ac Galeazeorum, item principum Mantuanorum ac Ferrariensium, denicq; Heluetiorum. Multa ex illis etiam septem ac semis scrupula ternis uincunt granis. Qui in Gallia percussi multùm deficiunt à uero pondere, quos pro militibus pararunt meo tempore cùm Lutetiæ degerem,

A gerem. Ita Lothoringi noui, indicatura multùm à ueteribus deficiũt. Sed quid faceret princeps? Cùm quis bonam cudit monetam, à Iudæis ac Iudæorum ſimilibus continuò diſtrahitur, corrumpitur, ac mutatur. Sapiebant olim Romani, qui nemini alij excudendæ monetæ poteſtatem conceſſere, donec Imperatorum indulgentia etiam hoc amiſerunt. Venetorum moneta & argentea & aurea, digna huic reipub. honoratiſſimæ. At bonitate argenti uincunt Auſtriaci ſextarij, quos Sigiſmundus inclytus Auſtriacorum Princeps ante ętatem noſtram percuſſit. Quinos pendunt obolos, id eſt, ſcrupula duo ac ſemis: deficiunt ergo obolo à drachma. Sex Cruciatis ualent ſiue ſeſquiurſo, unde & Sextarij nomen retinẽt. Sunt dupli Sextarij eiuſdem Principis denũm obolorum, duodenũm Cruciatorũ. Hodie rarò uiſunt, nec niſi in delicijs, eadem de cauſa, quã dixi, habentur.

PERORATIO.

HAEC habui, Candidi Lectores, quæ ob communem ſtudioſorum profectum, multis ſanè uigilijs, in re iuxtà difficillima atque utiliſſima, in
B publicum promere non ſum grauatus: negocium ſanè ad omnes excellentes facultates, eximia ſcripta, præſtantes hiſtorias, ueterumq; omnium autorum tum Latinorum tum Græcorum cognitionem, non minus neceſſariũ quàm utile. Vtinamq; tam ſit felix hoc opus, quàm eſt animo prompto ad publicè iuuanda iuuentutis ſtudia ſuſceptum.

Deo optimo maximoq; ſit gloria.

HENRICHI GLAREANI DE ASSE ET EIVS PARTIBVS LIBRI FINIS.

INDEX OPERIS.

Numerus foliũm, littera paginæ distinctionem indicat.

Æsopi Tragœdici histrionis patina fol. 20. C
Aereorum nummorum nomenclatura 18. C
Amphora 8. A
Amphoræ typus Ibid.
Argentea moneta 24. C
Argenteus nũmus secutus aureũ 22. C
Argenti ad aurum analogia 21. C
Argentũ apud Romanos quando cœperit signari 17. A
As quid 1. A
As in cœlo 13. C
As libralis nummus 16. F
Assarion 13. A
As pro hæreditate 16. A
Assis partium uetusta signa 15. D
Assis partes in signata pecunia 16. F
Assipondium quid 1. E
Aurei didrachmi 22. E
Aurei Leonini pondus 23. C
Aureorũ numismatũ quotum quodq; in libra octonaria 23. D
Aureus nummus quando cusus 22. C
Aureus Romanus 22. F
Aureus Rhenensis 18. C & 23. B
Auri analogia ad argentum 21. C
Auri unciæ ualor quis olim & hodie. 21. C
Aurei (hodie Ducati & Coronati) Hungarici, Italici, Florentini, Veneti, Mediolanẽses, Hispanici, Francici, Pontificij, Rhenenses 3. D. E
Austriaci sextarij 25. A

B

Basilienſis moneta 2. A
Batus 12. F 13. A
Benedictinorum poculum 9. C
Bes quid 1. C
Bis millies sestertiũm 20. C
Budæus Galliæ immortale decus 19. A In cognitione ponderum ac mensurarum nemo ei cõferendus. Vide epist. præliminarem.
Bigatus 24. D

C

Cabus 12. F
Calchus 4. A. 5. D
Camillus quanti damnatus 20. A
Caput, numisma 24. E
Cheme parua & magna 12. A
Cheopina 9. C
Cerates siue Ceraces 3. F 24. B
Cẽsus equestris legitimus Romæ 20. B
Census equestris auctus 20. C
Census senatorũ ante Augustum 20. C
Census senatorũ Romæ auctus ab Augusto Ibid.
Centies sestertiũm Ibid.
Centum millia æris 20. A
Centussis quid 1. B
Cochlear cyathi uncia 11. B
Cochlearij typus 12. B
Colaphi incussionis pœna 19. F
Congius 9. A Eius typus Ibid.
Coronati Francici regalis pondus 23. C
Coronati Geniati pondus Ibid.
Coronatus non solatus quot grana habeat Ibid.
Coronati Siculi, Veneti, Genuensis ac Pontificij pondus Ibid.
Coronatus Francicus solaris 18. C 23. A
Coronatus decẽ denarios habet 19. B. D
Coronati solares Francici quanti olim ualuerint in Germania 22. B
Coronatus Francicus solaris quadragenis nũmis siue sestertijs respõdet. 19. A
Coruus qui Augustum Imperatorẽ salutauerat, quanti emptus 20. A
Cyathi mensura 11. B
Cyathi eiusq; partium typus 11. & 12. B
Cyathus duodecima sextarij pars 11. B
Cyathus sextarij uncia Ibid.

D

Daricus quid 2. A
Decempeda quid Romanis 15. B
Decussis 1. E
Denarij partes 24. D
Denarius triplex 17. B
Denarius decem asses æquat 19. D
Denarius Romanis idẽ quod drachma 18. C
Denarius quondam pro decẽ libris placuit 17. A
Dena sestertia Cor. Tacitus uocat, quę Martialis decem 20. A
Deunx quid 1. D Dextans Ibid.
Dodrans Musarum poculum 10. A
Dodrans quid. 1. D Eius typus 10. A
Drachma 3. E. F

Index operis.

Drachma Attica 2. E
Drachma & denarius eiusdem pōderis
Drachmalis 23. A (20. D
Ducati Hispanici duplaris pōdus 23. C
Ducatus Venetus 23. B
Ducatorum duplarium pondus 23. C
Ducenta quinquaginta sestertia 20. C
Duodecies sestertiūm Ibid.
Dupondius quid 1. E
Dupondius uocatus uicenarius quater (narius 16. A

E

EPhi 12. F & 13. A. B
Epitritum 4. A. D

F

FLorentini Ducati & Coronati 3. D
Fœnus quid 16. C
Francici aurei 3. E
Furta Verris 20. C

G

GOmor 12. F 13. A
Gratiarum poculum 9. C
Gratiarum poculi typus 11. A
Grossus quid 3. E

H

HAereditas in assem diuisa 16. A
Hemina 9. C Eius typus. Ibi. pag. 2
ἡμιάδιμνον 8. A
Hexagium 4. B
Hin 12. E
Hispanici aurei 3. E
Horoscopus quid 13. C
Hungarici Ducati & Coronati 3. D
Eorum pondus 23. B

I

ITalici Coronati & Ducati 3. D
Iudæorū ac sui similium in adulterandis monetis fraus 24. E
Iugeri pars quælibet quota 15. pag. 2
Iugeri Romani typus Ibid.
Iugum Hispanis quid dicatur 15. B
Ius annuli ferēdi cui cōcessū Romę 17. E
Iustinianus omnes assis partes explicauit 16. A

K

Κεράμιον 8. A
Κοράσιον 4. A 5. E
κοτύλη 9. C Eius typus 10. pag. 2
κύβιον 8. A

L

LEonini aurei pondus 23. C
Lethech, uel dimidius Corus 13. B
Libellā pro asse poni Budęus putat 16. F
Libra centenaria 22. E & 23. A
Libra centum drachmis constat 16. E
Libra octonaria 23. A
Libra Romana 20. B & 22. E & 23. A
Libra Rom. duodenūm unciarū 17. C
Libra Rom. quot grana habeat 23. D
Libra zygostatica 2. D & 23. A
Libræ partitio 2. D. E
Log, mensura Hebræa 12. D

M

MArca quid 2. E
Marca quot habeat grana 23. C
M. Crassi diuitiæ 20. C
Maximus census Romæ 20. A
Medimnus Græcis idem quod Romanis modius. In præfat.
Mediolanenses aurei 3. D
Mensurarū Hebraicarū explicatio 12. C
Mina Attica 22. E
Minæ græcæ grana 23. D
Mina siue libra centenaria decem Coronatis solaribus constat 19. C
Modij typus 8. B
Monades 4. C
Moneta aurea uetus & noua 22. C
Monetæ Romanæ æstimatio ad nostrę tempestatis numismata 19. A
Moses à Deo edoctus, pōderis & mensuræ æquitatem obseruat. In præfat.
Musarū poculū 9. C Eius typus 10. A

N

NEro quāti in punctū aleam luserit (20. B
Nero quanta pecuniæ summa Lugdunēsem cladē solatus sit. Ibi.
Nobiles Rosati 3. C
Nonussis quid 1. E
Numerus quis intelligendus, quādo auctores per aduerbia loquuntur 17. F
Nummus & sestertius idem 17. B

O

OBolus 3. F
Octingenta sestertia 20. C
Octo millia nummūm 20. A
Octussis quid 1. E

P

PAlmus minor 7. B
παλαιστή 7. B. C
Pecunia unde dicta 17. A
Pecuniæ signatæ in asse & sestertio, positio in numerum 18. C
Pedes in partibus tum unciæ tū assis 15
Pes Romanus 7. A. C
Plinij locus emendatus 17. A

Index operis.

Plinij hodie à multis emendari, tempo rũ uerò & põderũ ratione neglígi 17. A
Pollex 7. C
Pontificij aurei 3. E

Q

Quadragena sestertia 20. B
Quadraginta sestertij Ibid.
Quadrans quid 1. B 3. D
Quadringenta sestertia 20. B
Quadringenti sestertij Ibid.
Quadringenties sestertiũm Ibid.
Quadragies sestertiũm Ibid.
Quadrantal 8. A
Quadrans pedis urbis Augustæ Vindelicorum 7. C. pag. 2
Quadrans pedis Parisiensis Ibid.
Quadrigatus 24. D
Quadrussis quid 1. E
Quantum in cœnam licuerit Romanis insumere 19. F
Quarto Calẽdas, quinto Idus &c. quid significent 17. F
Quatuor millia sestertiorum 20. B
Quincunx quid 1. C
Quinarius 24. D
Quingenta sestertia 20. C

R

Rhenenses aurei 3. E Pondus 23. B
Romani æreo nummo rudi & informi diu usi 16. F
Romani in ceratis tabulis testamenta scribere solebant 16. A
Roberti Cenalis Parisiensis Theologi de mensuris Hebraicis liber 12. C
Rosati Anglici Nobiles 22. F 25. C
Rotundus numerus 23. B

S

Satum 12. F
Scrupulum 3. F 4. B
Scrupula in partib. tũ unciæ tum assis 15
Semis uel semissis quid 1. C (pag. 2
Semũcia quaternũm drachmarum 22. E
Semunciæ grana 23. D
Sesqui quid significet 1. F
Sesquicheopina 9. C
Sesquiplum 1. E
Sestertius quid 17. D
Sestertius Solatus 23. A
Septunx quid 1. C
Sexcenta sestertia 20. C
Sexcuplum 1. E
Sescunx 1. D
Sesquiplum, uel Sescuplum 1. E
Sextans quid 1. B
Sextarius dupondius 2. F
Sextarius Romanus 9. A
Sextarij typus 9 Eius partes 11. B
Siliqua 4. A
Sitarion 4. B
Sors quid dicatur 16. C
ἀντίδοσις 7. B. C σάμωμ 8. A
Stateris Lusitanensis pondus 23. C
Stipendiũ medicorũ Romę quale 20. C
Syllogismus aliquot summarum ex Budæi secundo libro. 19. F

T

Talarius nummus 24. E
Talenti diuisio 20. D. E. F
Talento minutum quid designari Seruius admonet 21. B
Talentũ pro siclo nonnunq; accipi 21. B
Talentum multiplex 20. D
Tremis 3. E Tressis 1. E Tricessis. Ibid.
Tridrachmi Rom. 23. A
Triẽs quid, eiusq; apud ueteres nota 1. B
Trientis sextarij typus 10. pag. 2
τριόβολον 9. C Eiusdem typus 10

V

Vallis D. Ioachimi 24. E
Vasa geometrica 7. pag. 2
Veneti aurei 3. D
Venetorũ monetæ præstantia 24. E
Vicessis quid 1. E
Victoriatus 24. D
Viduarũ ac uirginum poculum 11. A
Viginti sestertia 20. A
Virgilij census 20. C
Uncia quid 1. A
Unciæ partium uetusta signa 6. & 15
Unciæ partium cum signis enumeratio 3. B Typũ eius rei quære in fine cap.
Unciæ partiũ proportiones mutuæ 5
Unio Cleopatræ 20. C
Usura quid 16. C
Usura apud ueteres uaria Ibid.
Usura nautica duplex 16. E
Usura centesima 16. D
Usura Antonini Pij 16. D
Usuræ diuisio 16. C. D
Usuræ sesquicentesimæ taxatio 16. E
Usuræ uetus tractatio 16. C
Usuram ex semisse quomodo intelligat Accursius 16. F
Urna 8. A Eius typus Ibid.

INDICIS FINIS.